

Pommersches  
**Urkundenbuch.**

III. Band.

Mit Personen-, Orts- und Sachregister für den II. u. III. Band.

Zweite Abtheilung.

**1296—1300.**

Herausgegeben vom Königl. Staats-Archiv zu Stettin.

Bearbeitet

von


Dr. Rodgero Prümers,

Staats-Archivar zu Posen.



Stettin, 1891.

Friedr. Nagel (Paul Niekammer).



1751.

1296 Januar 9. (actum feria secunda proxima post Epyphaniam) in Bobelin, datum in castro Slawena.

Wichard, Abt zu Bütow, und Mathias, Unterkämmerer zu Schlawe, entscheiden den Streit zwischen dem Kloster Dargun und dem Slaven Milota wegen des Dorfes Bast.

Nos frater Wichardus, abbas in Buchouia, et Mathias, subcamerarius in Slawena, vniuersis hanc litteram visuris protestamur, quod dissensio, que fuit inter abbatem et fratres monasterii Dargunensis ex vna parte et quendam Slauum Milotam nomine, filium Radossu, pro impetitione ville Bast parte ex altera nobis coram<sup>1)</sup> positis in villa Bobelin taliter est sopita: predicti abbas et fratres Dargunenses eidem Milote vaccam vnam et pannum vnum integrum dederunt et ipse Milota ab omni impetitione, quam habuit aduersus eosdem, cessauit data fide promittens, quod nec ipse nec aliqui sui heredes nati vel adhuc nascituri vnquam debeant supradictos abbatem et fratres Dargunenses super dicta causa molestare. In cuius rei testimonium presentem litteram exinde confectam sigillis nostris dignum duximus muniendam. Huius rei testes sunt dominus Johannes abbas tunc in Dargun, Hinricus de Robele, Johannes de Corueya, Hinricus de Hamborch, sacerdotes et monachi ibidem, Johannes de Reppin, Johannes de Cracouia, monachi in Buchouia, layci: Woyzlaus filius Mathie subcamerarii, Johannes et Hinricus filii Johannis Cluere, Volzeko villicus in Bobelin et ceteri villani dicte ville. Actum in Bobelin, anno domini MCCCXCVI, feria secunda proxima post Epyphaniam domini, datum in castro Slawena, coram castrensibus et aliis quam plurimis fide dignis.

<sup>1)</sup> Im Original wiederholt.

Die beiden Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. M. Dargun Nr. 3; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 890<sup>a</sup>; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Baster Matrifel (Loepersche Bibliothek Msc. 75) Nr. 6.

Gedruckt bei Tisch, Refl. Urk. I S. 202 Nr. 94; Refl. Urk.-Buch III S. 619 Nr. 2379; Perlbach, Pommereff. Urk.-Buch S. 486 Nr. 537.

1752.

1296 Januar 23. (vicesimo tercio die Januarii) apud Thetfordiam.

Eduard I., König zu England, schreibt an Wilhelm von Ormsby und Wilhelm Gerberdes betreffs der Klage der Deutschen Kaufleute Wolf und Tidemann von Stralsund, über Wegnahme von drei Häringsschiffen zu Ravensworth.

Pro mercatoribus de Alemannia  
de navibus et bonis suis recuperandis.

Rex dilectis et fidelibus suis Willelmo  
de Ormesby et Willelmo Gerberdes  
salutem. Ex parte Wolfi de Starls-  
hunt et Tydemanni de Starlhunt mer-  
catorum de

Alemannia et Alberti de Hoyllandia de terra comitis Hoillandie accepimus, quod, cum ipsi tres naues allece et aliis rebus et mercimoniis carcatas a partibus Alemannie et Hoillandie usque Raueneserde infra com[itatum] Ebor[acensem] ad commodum suum ibidem inde faciendum nuper duci fecissent, Radulfus de Aldeburgh et Johannes de Romeneye, mercatores de

Len[nia], cum duabus nauibus suis et nautis in eisdem nauibus secum existentibus ad predictam villam de Raueneserde vi et armis accedentes in predictos mercatores de Alem[annia] et Hoiland[ia] insultum fecerunt et sex homines de seruiantibus dictorum mercatorum de Alem[annia] et Hoiland[ia] in dictis nauibus secum existentes interfecerunt et naues illas vna cum omnibus bonis et rebus in eisdem nauibus existentibus versus Gernemutam per mare duxerunt. De quibus quidem tribus nauibus sic ductis vna nauis apud Blakeneye casualiter fregit et bonis in ea tunc existentibus per predictos mercatores de Len[nia] inde extractis et in aliis nauibus positis ea vsque ad predictam villam de Gernemuta vna cum omnibus aliis bonis in dictis duabus nauibus inuentis duxerunt, vbi et apud Barnemue prope Gernemutam naues predictae et omnia bona illa in manibus quorundam hominum de eadem villa adhuc existunt et eisdem mercatoribus detinentur minus iuste et contra pacem nostram in dictorum mercatorum de Alem[annia] et Hoiland[ia] dampnum non modicum et grauamen. Et quia eisdem mercatoribus, quo ad naues et bona sua sic depredata recuperanda volumus cum iusticia subuenire, assignauimus vos ad inquirendum per sacramentum proborum et leg[alium] hominum de com[itu] Norff[olcensi], per quos rei veritas melius sciri poterit, si predicti mercatores de Len[nia] et homines sui naues et mercimonia predictorum mercatorum Alemann[ie] [et Hoiland[ie]] taliter ceperunt et abduxerunt et ad quorum manus deueniunt et in quorum manibus adhuc existunt et qualiter et quo modo et quantum bona et mercimonia illa valeant, per rationabilem apreciacionem et ad debitam restitutionem nauium et honorum predictorum predictis mercatoribus faciendam, prout ipsi rationabiliter docere poterunt coram vobis, ea sua esse et eos inde taliter spoliatos fuisse et quod sint de predictis terris Alem[annie] et Hoiland[ie]; recepta nichilominus ab eis securitate, quod de nauibus et bonis predictis cum aliquibus de potestate regis Franc[ie] in nullo communicabunt. Et ad loquelam illam (!) audiendam et terminandam secundum legem et consuetudinem regni nostri [etc]. Et ideo vobis mandamus, quod ad certos diem et locum, quos ad hoc prouideritis, loquelam illam aud[iatis] et terminetis in forma predicta saluis nobis etc. Mandauimus enim vic[ecomi] nostro Norff[olcensi], quod ad certos etc. venire fac[iat] etc. tot et tales etc., per quos etc. In cuius etc. t[este] r[ege] apud Thetford[iam] vicesimo tertio die Jan[uarii].

Entwurf im Tower zu London: Patent Roll 24 Edward I. m. 19<sup>d</sup>; Königl. Bibliothek zu Berlin: Pausische Handschrift.

Hausisches Urkundenbuch I S. 410 Nr. 1207 (Stegeft).

1753.

1296 Februar 3—8. (infra octauam Purificationis sanctae Mariae) in castro Slawen Pomeraniae.

Swenzo, Palatin zu Danzig und Stolp, Mathias, Unterkämmerer, und Paul, Untertruchseß zu Schlawe, bezeugen, daß Zimerus Dummeradevitz, sein Sohn Benzlaw und seine Brudersöhne Tassegur, Busezech und Kunife von dem Kloster Bufow wegen des Dorfes Malchow abgefunden sind.

Vniuersis Christi fidelibus praesentem literam visuris seu auditoris Swenzo, palatinus Gedanensis et Stolpensis Pomeraniae, Matthias subcamerarius in Slawen et Paulus subdapifer ibidem salutem in domino sempiternam. Quia pium est et christianae religioni consentaneum esse dinoscitur, veritati testimonium perhibere, vniuersis praesentibus et futuris praesentem literam visuris seu auditoris publice protestamur, quod Zimmerus Dummeradevitz Venslausque

filius suus et filii fratrum suorum Tessegur et Busezech et Kunike super dominum abbatem de Bucouia et fratres suos proposuerunt quaerimoniam in Schlawen coram domino Primislao, rege Poloniae et duce Pomeraniae, villam Malchow impetentes minus juste. Nam praedictae villae dimidietatem dominus abbas ab eis emerat pro quindecim marcis denariorum et duobus bubus cum consensu domini nostri quondam ducis Pomeraniae rationabiliter atque iuste et dictus dominus noster Mestwinus ipsis dictam villam Malchow domino abbati integraliter resignantibus pro reliqua dimidietate villam redonauit. Dictus autem rex auditis responsionibus domini abbatis et fratrum et visa iustitia eis appriuelegiata domino abbati et fratribus villam Malchowe integraliter adiudicauit et illis abiudicauit, super hac quaerimonia perpetuum silentium imponendo. Praedictus vero scilicet Venslaus, filius Zimeri Dummeradevitz, et Tessegur, Busezech et Könike his non contenti vnam dimidietatem venditam fatebantur domino abbati et fratribus, pro alia dimidietate importunas minas incendii et rapinae inferentes. Saepedictus vero dominus abbas cum fratribus timore futuri periculi compulsus pro alia dimidietate non ab eis empta sed a domino Mestwino data viginti quinque marcas denariorum Colbergensium dedit ipsis cum duobus bubus, emptionem faciens iterato. Econtra praedictus Zimmerus Dummeradevitz et filius suus Ventislaus et filii fratrum Zimeri, scilicet Thessegur et Busezech et Könike, cum omni cognatione sua saepedictae villae Malchowe vtramque dimidietatem cum omni jure suo in Slawen coram nobis domino abbati et fratribus resignarunt, astantibus quam plurimis fide dignis, qui huius rei testes sunt, videlicet dominus abbas Wichardus, qui huiusmodi resignationem suscepit, frater Ecbertus subprior, frater Johannes cantor, monachi de Bucouia, frater Johannes commendator in Slawen et sacerdos, Vorseke signifer et Woianus tribunus in Selawen, Gresmarus de Pankonin, Woitzlaus filius Matthiae subcamerarii. Datum et actum in castro Slawen Pomeraniae, anno domini millesimo ducesimo nonagesimo [sex]to<sup>1)</sup>, infra octauam Purificationis sanctae Mariae. Ne autem praedicta compositio inter praedictos et villae Malchowe resignatio coram nobis tam rite ac rationabiliter facta in recidiuae contentionis scrupulum relabatur, sed perpetuo perseueret, praesentem literam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Ueberschrift: Attestatio baronum super villam Malchowe.

<sup>1)</sup> In der Matrikel quinto.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Buxower Matrikel fol. 42.

Gedruckt im Codex dipl. Majoris Poloniae II S. 112 Nr. 741 (zu 1295 August 16—21); Perlsch, Pommersch. Urf.-Buch I S. 486 Nr. 538.

Die Buxower Matrikel bringt obige Urkunde zum Jahre 1295. Da jedoch Herzog Mestwin in derselben als verstorben aufgeführt wird, sein Todesstag aber auf den 25. Dezember 1295 fällt, so ist die Urkunde frühestens in das Jahr 1296 zu setzen; vielleicht ist der Jahreswechsel auf den 25. März anzunehmen.

1754.

1296 Februar 12. (in dominica, qua Inuocauit decantatur).

Nikolaus, Fürst zu Koftock, verkauft dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum von fünf Hufen bei der Stadt Goldberg, welche dem Ritter Johann Finke und zum Burglehn von Richenhagen gehört haben, und fünf Aalfchnefen nebst acht Schilling Nacht aus dem Aalfange zu Blau für 50 Mark Pfennige.

Nicolaus, dei gratia dominus de Werle, vniuersis presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi, ad quos presens pagina deuenerit, quod nos matura

deliberatione prehabita, de consilio consulum ac vasallorum nostrorum firma voluntate venerabili in Christo domino Arnolde abbati ac monasterio Noui Campi proprietatem quinque mansorum circa opidum Goldberghe situatorum, qui domini Johannis militis, dicti Wunken<sup>1)</sup>, quondam ibidem aduocati, fuerant et ad jus feudale castelli aliquando in Rychenhagen, quod wigo borchlen dicitur, pertinebant, cum paschuis, pratis, paludibus, rubetis et lignis pertinentibus ad eosdem, insuper quinque vncias anguillarum, que wlgariter snesen dicuntur, et octo solidos denariorum monete currentis in captura anguillarum Plawis pro quinquaginta marcis denariorum foro irrefragabili vendidimus, cum iudicio vsque ad solidos sexaginta, volentes omnino, vt iidem quinque prefati mansi nec per nos nec per heredes nostros aut aliquem officialium nostrorum de cetero funiculo distributionis debeant mensurari. Vt autem hec firma eternaliter permaneant, sigillum nostrum huic cedulae duximus apponendum. Testes huius rei sunt domini Ludolfus et Hartmannus, fratres, dicti de<sup>2)</sup> Oldenborch, Henricus de Ost marscalcus principis Ruyanorum, Johannes de Goldstede, Joachim tunc aduocatus in Plawis, Henricus tunc aduocatus in Warne dictus Scade, Ernestus Buddo, milites, et dominus Johannes de Rethze, sacerdos et capellanus curie nostre. Datum anno domini M.CC.LXXX.VI, in<sup>2)</sup> dominica, qua Inuocauit decantatur.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Item privilegium super alios V mansos circa Goldberghe situatos, qui Johannis militis dicti Wunken fuerant. Datum in dominica Inuocauit.

<sup>1)</sup> Das u scheint durch einen darunter gesetzten Punkt gefilgt. <sup>2)</sup> Fehlt im Meßl. Urk.-Buch.

Das Siegel nebst Schnur abgerissen.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. N. Neuentamp Nr. 56; Alte Abschrift im Wolg. Arch. Tit. 26 Nr. 3 Vol. 1 fol. 308; Bibl. der Ges. für Pom. Gesch.: Kempkens Extract zc. fol. 36.

Gedruckt im Meßl. Urk.-Buch III S. 622 Nr. 2382; Fabricius III Regeste 419; Duge, Urk.-Nachr. über Goldberg, Urk. S. 50 (Uebersetzung).

1755.

1296 Februar 16. (in die beate Juliane virginis).

Otto Sloer, Pfarrer zu Stralsund, gestattet dem Leo Walke, Bürger daselbst, in der Nikolaitirche eine Vikarie zu gründen und mit vier Hufen in Langedorf zu dotiren und bezeugt die wegen der Patronatsverhältnisse dieser Vikarie getroffene Einigung.

Omnibus presens scriptum visuris Otto dictus Sloer, plebanus ecclesiarum Sundensium, cum deuotis orationibus plenitudinem omnis boni. Tenore presentium euidentius recognosco, quod habita deliberatione matura, vt cultus diuinus salubriter augeatur, cum voluntate ac mera licentia venerabilis domini mei Gotfridi, Swerinensis episcopi, consensi et permisi Leonem dictum Valken, burgensem ciuitatis Stralsund, in ecclesia beati Nicolai quandam vicariam in honorem sancti Jacobi instaurasse, quam cum quatuor mansis sitis in villa Langedorp dotauit, asserens veraciter predictos mansos tam bonos velle facere, vt ex ipsis expedite annuatim possunt vicario, qui pro tempore fuerit, viginti marcarum redditus prouenire. De iure vero patronatus siue collatione dicte vicarie, sanciente venerabili domino Gotfrido, Szwerinensi episcopo, sic etiam inter dictum Leonem et me esse fateor placitatum, quod ego ad tempora vite mee et ipse Leo et sui heredes simul et pariter dictam vicariam, quando vacauerit, conferre debeamus idoneo sacerdoti; post mortem vero meam collatio memorate vicarie solummodo apud ipsum Leonem suosque heredes et propinquiores consanguineos perpetualiter remanebit,

ita vt eam, sicut prescriptum est, semper conferant sacerdoti. Qui sacerdos mihi successoribusque meis debet in omnibus obedire et horis canonicis interesse et qualibet secunda, tertia, quarta et quinta feria, nisi festum interuenerit, missas celebrare pro defunctis, sexta vero feria de cruce, sabbato de domina nostra celebrabit, in quadragesima et in aduentu domini confessiones audiet cum ceteris sacerdotibus. Reliquis vero temporibus infirmum vel infirmos, quem vel quos prius audinit, licite visitabit, si ad ipsos fuerit specialiter euocatus, eisque ministrabit ecclesiastica sacramenta. Et si quid eidem presbitero in testamentis fuerit assignatum, hoc ad questum quotidianum ponet capellanorum pro tempore ibidem deseruentium, et inter se idem sacerdos et sui socii totum burse ipsorum questum equaliter partientur. Et expensas per se proprias habebit, si ei proprie suppetant facultates. Sin autem cum domino Ottone ac suis successoribus, si ipsis placuerit, manebit in expensis, tunc pro eis decem marcas denariorum dabit annuatim, nec licitum erit ei aliquatenus layco commanere. Vt autem hec, que prescripta sunt, sepredicto Leoni suisque heredibus et consanguineis suis propinquioribus semper inuiolabiliter obseruentur, eisdem presens scriptum sigillo meo ac sigillo ciuitatis in testimonium contuli roboratum. Testes vero huius sunt sacerdotes dominus Hinricus Schone <sup>1)</sup>, dominus Hinricus de Brema, dominus Hinricus de Sulta, dominus Hinricus de Borantenhagen, dominus Hayco, dominus Humboldus, dominus Lambertus, dominus Tidericus; laici vero et consules Hermannus Trauemunde, Conradus Erthman, Tidericus de Dorpen, Johannes de Stratzeborch, Nicolauus de Defholte et multi plures alii fide digni. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in die beate Juliane virginis.

<sup>1)</sup> Der Zeuge wird in Nr. 1756 Hinricus Stauo genannt; vergl. Francke, Verfassungsbuch Nr. 84 Bertoldus Stuve.

Bibimrte Copie im Archiv des Revisions-Collegii der Geislichen Stiftungen zu Stralsund (war nicht zu ermitteln).

Gedruckt bei Fabricius III S. 96 Nr. 249.

## 1756.

1296 Februar 16. (in die beatae Julianae virginis).

Godfried, Bischof zu Schwerin, bestätigt die durch den Bürger Leo Valke in der Nikolaikirche zu Stralsund gestiftete und mit den Einkünften von vier Hufen zu Langendorf dotirte Vicarie und ordnet die Patronats-Verhältnisse derselben.

Godfridus, dei gratia Swerinensis ecclesiae episcopus, omnibus praesens scriptum uisuris salutem in domino sempiternam. Cum Leo dictus Valke, ciuis Sundensis, uir prouidus et discretus, pio ductus zelo vicariam instaurauit in ecclesia sancti Nicolai, in honore sancti Iacobi, in ciuitate praedicta, diuinum cultum cupiens ampliare, dotans eam et assignans eidem vicariae quatuor mansorum redditus in uilla Langhendorp sitorum, ex quibus debent annuatim vicario, qui pro tempore fuerit, uiginti marcarum redditus prouenire, nostro super hiis et Ottonis plebani et consulum praedictae ciuitatis consensu et assensu in omnibus requisito, qui per ratihabitionem nostram et Ottonis, praedicti plebani, in persistentia vicariae illius est utiliter consumatus, caeterum de iure patronatus seu collatione vicariae praehabita nobis, sicut praemissum est, fauentibus sic statuit, ut ipse Leo et Otto plebanus insimul et pariter, quousque dictus Otto superuixerit, ambo porrigant, cui decreuerint, sacerdoti; post mortem uero ipsius Ottonis apud ipsum Leonem suosque haeredes et propinquiores consanguineos huius collatio perpetualiter remanebit. Praeterea sacerdos, qui ad eandem vicariam fuerit praesentatus, in omnibus debet Ottoni suisque successoribus obedire et in horis canonicis interesse,

et qualibet secunda, tertia, quarta et quinta feria, nisi festum interueniat, missas celebrare pro defunctis, sexta uero feria de cruce, sabbato de domina nostra celebrabit, in quadragesima et in aduentu domini confessiones audiet cum caeteris sacerdotibus. Reliquis uero temporibus infirmum uel infirmos, quem uel quos prius audiuit, licite uisitabit, si ad ipsos fuerit specialiter euocatus, eisque ministrabit ecclesiastica sacramenta. Et si quid eidem presbitero in testamentis fuerit assignatum, hoc ad questum quotidianum ponet cappellanorum pro tempore ibidem deseruientium, et inter se idem sacerdos et sui socii totum bursae ipsorum questum aequaliter parcientur. Et expensas per se proprias habebit, si ei propriae suppetant facultates. Sin autem cum domino Ottone ac suis successoribus, si ipsis placuerit, manebit in expensis et pro eis decem marcas denariorum dabit annuatim, nec licitum erit ei aliquatenus layco commanere. Nos autem praedictam ordinationem tam rationabiliter factam pio animo fauorabiliter attendentes ipsam autoritate ordinaria confirmamus, decernentes irrefragibiliter, ut dicta vicaria per se maneant, beneficium, tempore quo uacauerit, sacerdoti, sicut praemissum est, idoneo conferendum. Vt autem, quod praemittitur, perpetuis temporibus perseueret, praesentes literae sigilli nostri munimine roborantur. Testes autem huius sunt dominus Hinricus Stuuu, dominus Henricus de Zulta, dominus Henricus de Brema, dominus Henricus de Borantenhagenn, dominus Hayco, dominus Tydericus, dominus Humboldus et dominus Lambertus et alii quam plures viri fide digni. Datum anno domini M.CC.LXXXX.VI., in die beatae Julianae virginis.

Beglaubigte Abschrift im Archiv des Revisions-Collegii der frommen Stiftungen zu Stralsund.

Gedruckt bei Fabricius III S. 97 Nr. 250; Mehl. Urf.-Buch III S. 622 Nr. 2383 (Auszug).

1757.

1296 Februar 17. (sexta feria ante dominicam, qua cantatur Reminiscere) Stetin.

Albert, Prior der Jakobikirche zu Stettin, sowie Schultheiß, Schöffen und Rathmannen der Stadt bezeugen, daß der Bürger Johann Wussow den von ihm in der Jakobikirche gegründeten Altar mit sechs Hufen zu Krefow, zwei Pfund Münze von acht Hufen der Stadtfeldmark Garz a. D., einem Pfund von vier Hufen zu Gesejow und zwei Pfund vier Schill. Brand. von zwei Hufen zu Hohen-Reinekendorf ausgestattet hat, und bestimmen die Patronats-Verhältnisse dieses Altars, sowie die geistlichen Obliegenheiten des Vikars.

In nomine domini amen. Albertus, dei gratia prior et rector ecclesiae sancti Jacobi in Stetin<sup>1)</sup>, scultetus<sup>2)</sup>, scabini, consules eiusdem ciuitatis vniuersis Christi fidelibus omnis boni plenitudinem perpetua cum salute. Ne gesta hominum ad laudem dei in perpetuum mansura cum processu temporis euanescant, necesse est ea firmari testibus idoneis et documentis legitimis perhennari. Quam ob rem tenore praesentium nobis recognoscimus esse notum, quod noster dilectus conciuis Johannes Wussow<sup>3)</sup> altare ab eo fabricatum in ecclesia sancti Jacobi ad honorem sanctae Mariae virginis dotauit cum redditibus<sup>4)</sup> hiis<sup>5)</sup> subscriptis, scilicet cum sex mansis in Crefow ab omni pacto, collecta, decima et a censu quolibet liberis et exemptis, cum duobus talentis iacentibus super octo mansos in campo ciuitatis Gardiz<sup>6)</sup> et cum uno talento vsualis<sup>7)</sup> monetae super quatuor mansos in campo villae Jesow<sup>8)</sup> nec non cum duobus talentis et quatuor solidis Brandenburgensium denariorum super duos mansos in campo villae Reinekendorp prope Gardiz<sup>9)</sup>. Hoc inquam altare Johannes Wussow<sup>3)</sup> suo notario Johanni pure contulit propter deum. Deinde cum vacare<sup>10)</sup> contigerit hoc altare, ipse Johannes Wus-



sow<sup>8)</sup>, quam diu vixerit, et postea eo mortuo senior masculus inter suos proximos haeredes idoneam personam, quamcumque voluerit<sup>11)</sup>, consulum consilio accedente, domino priori in Stetin, rectori ecclesiae sancti Jacobi, praesentabit<sup>12)</sup>, cui dominus prior ad petitionem et voluntatem<sup>13)</sup> eorum<sup>14)</sup> absque omni contradictione hoc altare cum annexis redditibus<sup>15)</sup> conferet propter deum. Cumque omnes huiusmodi proximi<sup>16)</sup> haeredes masculi fuerint exanimati, ex tunc quodcumque<sup>17)</sup> uacauerit hoc altare, nos consules in Stetin praesentabimus domino priori personam idoneam et decentem, cui dominus prior ad preces nostras hoc altare conferet indilate, nil penitus renitendo. Quod si statim non porrexerit, nos consules tam diu nobis huius altaris redditus<sup>18)</sup> assumemus, quo usque dominus prior personae sibi oblatae contulerit hoc altare, [et sic]<sup>19)</sup> in perpetuum procedendo, ne hoc altare cum suis redditibus<sup>15)</sup> dissipetur. Nec prior per se nec per aliquem ex suis officiaabit hoc altare in suos usus aut cuiusquam alterius huiusmodi redditus<sup>18)</sup>; conuertendo, immo<sup>20)</sup> sine repulsa nemini alteri, sed personae sibi a consulibus praesentatae semper conferet hoc altare. Sacerdos vero officians<sup>21)</sup> hoc altare unam<sup>22)</sup> missam diebus singulis celebrabit, scholarem sibi ministrantem suis sumptibus procurando, debetque in choro quotidie<sup>23)</sup> matutinis et vesperis interesse et cum religione, dum solennis<sup>24)</sup> festiuitas hoc requirit, et haec faciet in remedium et ad salutem omnium illorum, qui ad hoc altare suas elemosinas tribuerunt et adhuc tribuent domino inspirante. Insuper idem sacerdos condecentem domino priori reuerentiam exhibebit et dominus prior viceversa<sup>25)</sup> ipsum ut suum socium pro suo posse proteget et fouebit. Item si sacerdos ille egrotaret<sup>26)</sup> aut quocumque casu contingente se longo tempore absentaret, tunc debet sacerdos alius conueniri, qui loco illius absentis domini officiet hoc altare, et quicumque sacerdos officiauerit, offertorium sibi oblatum domino Alberto priori et omnibus suis successoribus ad manus eorum integraliter praesentabit. Omnia haec praemissa noster venerabilis dominus Eberhardus, abbas de Babenberg, ratihabitione in suis literis confirmavit. Simul et nos Albertus prior ad singula praenotata nostram voluntatem plene adiecimus<sup>27)</sup> et consensum, vasallorum nostrae ecclesiae et fautorum consilio mediante nostroque jure ecclesiastico et omnium nobis succedentium saluo semper et integro permanente. Vt autem omnia haec praedicta perpetuo maneant inconuulsa, nos Albertus prior sigillo nostro et nos consules sigillo nostrae ciuitatis Stetin praesens scriptum exinde confectum fecimus communiri. Huius rei testes sunt Heinekinus schultetus noster, Johannes de Collonia<sup>28)</sup>, Johannes Albus, Petrus de Brakel, Arnoldus de Sanne, Theodericus<sup>29)</sup> Stangeuol, Engelbrechtus de Sanne, Heinricus Hake, Arnoldus de Osterrode, Bernerus de Damme, Johannes de Bitekow<sup>30)</sup>, Conradus Molendinarius, Fridericus<sup>31)</sup> Albus, Heinricus Diwes, Rodolphus praefectus de Peinkun et quam plures alii fide digni. Actum et datum Stetin, anno domini M.<sup>o</sup>CC.<sup>o</sup> nonagesimo<sup>32)</sup> sexto, sexta feria ante dominicam, qua cantatur Reminiscere.

1) Stettin S 2. 2) schultetus S 2. 3) Wussou S 2. 4) redditibus S 2. 5) his S 2. 6) Gardyz S 2. 7) usualis S 2. 8) Jesoun S 2. 9) Gardytz S 2. 10) uacare S 2. 11) uoluerint S 2. 12) praesentabunt S 2. 13) uoluntatem S 2. 14) suam S 1. 15) redditibus S 2. 16) primi S 2. 17) quantumque S 2. 18) redditus S 2. 19) igitur S 1. 20) imo S 2. 21) officians S 2. 22) unam S 2. 23) cottidie S 2. 24) solempnis S 2. 25) uiceversa S 2. 26) aegrotaret S 2. 27) adiecimus S 1. 28) Collbrad S 2. 29) Thidericus S 2. 30) Bythekouu S 2. 31) Fridericus S 2. 32) nonagesimo S 2.

Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Beglaubigte Abschrift s. r. Stett. Arch. P I Tit. 57 Nr. 15 fol. 15 (S 1), ebendasselbst fol. 19 (S 2), desgleichen zwei beglaubigte Abschriften in den deponirten Akten der Jakobikirche Tit. VI Sect. 1 Nr. 1 fol. 35 und 37; Abschrift im Stett. Arch. P I Tit. 103 Nr. 17 Vol. 1 und im Diplomatar. familiae Wassow. Nr. 7. Besprochen von Behrmann: Baltische Studien Bd. 37 S. 428.

1296 Februar 25. (in die beati Mathye apostoli) Parsowe.

Jordan von Esbek, Komthur des Templerordens zu Rörchen, schließt einen Vergleich mit den Brüdern Johann und Anselm von Blankenburg, wonach letztere zu den von ihnen bereits besessenen 12 Hufen im Dorfe Rührsdorf noch 18 Hufen zu Lehen erhalten, während der Rest des Dorfes in den Händen des Templerordens verbleibt und die Gebrüder von Blankenburg demselben dazu noch 16 Hufen im Dorfe Cunow bei Bahm übertragen.

In nomine domini amen. Quoniam habere memoriam de singulis non est humani intellectus, sed potius diuini, expedit ergo, ut ea, que hominum excedere possunt memoriam, laudabili scripture testimonio roborentur. Proinde notum esse volumus vniuersaliter singulis et singulariter vniuersis, quod nos frater Jordanus, dictus de Esbeke, commendator domus milicie Templi curie in Rorike, auctoritate preceptoris nostri dissensionem, que vertebatur inter nos ex vna et strenuos milites, fratres dictos de Blankenborch, parte ex altera <sup>1)</sup> nunc amicaliter sub hac forma concordamus, videlicet Johannem et Anselmum, quibus contulimus ad duodecim mansos, quos antea habuerant, decem et octo in villa Rudeluestorph iure feudali, de quibus percipient singulis annis prouentus, qui de eisdem mansis solui consueuerunt, quos dicta domus militie Templi dictis militibus warendabit. Alia vero omnia bona et iura, que in ipsa villa continentur et infra metas ipsius, nobis reseruamus pleno jure. Item predicti milites Johannes et Anselmus assignabunt ac presentabunt nobis fratri Jordano ad vsus domus militie Templi in villa Kunowe sita apud opidum nostrum Banis sedecim mansos cum colonis eorundem, qu[is] <sup>2)</sup> antea pertinebant ad memoratam domum, cum fundo et omni jure proprietatis, prefectusque ipsius ville de incolis siue colonis predictorum sedecim mansorum iudicabit et terciam partem vadimoniorum seu penarum a predicta domo feudaliter tenebit, nobis duas residuas presentando. Insuper homines tam sepedicte domus quam predictorum militum requirent iudicia in locis debitis, vbi delinquitur, cum actor forum rei sequi teneatur, nec aliquis eorum alterum occupabit, conueniet seu detinebit, nisi coram iudice rei, vbi alterutrum sibi exhibebunt iusticie complementum. Et sic omnis controuersia habita inter nos et sepedictos milites integraliter et amicaliter est sopita. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo curie Rorike nec non sigillis predictorum militum de Blankenborch et quorundam testium subscriptorum munimine fecimus communiri, videlicet honorabilis viri domini Theoderici prepositi Gramzowensis, Godefridi de Grifenberch, Johannis de Oldenylit et Johannis de Hogenwarde, militum, et plurimorum aliorum fide dignorum. Actum et datum Parsowe, anno domini M.CC.XC.VI, in die beati Mathye apostoli.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Rolestorppe,

<sup>1)</sup> Im Original steht hinter altera noch einmal vertebatur. <sup>2)</sup> Im Original que.

Sieben Einschnitte für Pergamentstreifen, welche auch noch im zweiten, dritten, vierten und fünften Einschnitt vorhanden sind. Die Siegel sind aber abgefallen.

Original, auf welchem die Schrift mit dunkler Tinte durchweg nachgezogen ist, im Geheimen Staats-Archiv zu Berlin s. r. Templerorden; Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 891<sup>a</sup>; Herrschaft Schwedt, Bildenbruch Nr. 19.

Gedruckt bei Raumer, Cod. dipl. Brand. I S. 25 Nr. 34.

1759.

1296 März 17. (proximo sabbato ante dominicam in ramis Palmarum).

Nicolaus, Fürst zu Werle, verkauft dem Kloster Neuenkamp das Eigenthum der Dörfer Auggin, Below und Zidderich, der Mühlen in Ruppentin, Ahrenshagen, Serrahn und Böf, der 6 Hüfen bei Goldberg, welche früher als Burglehn zur Burg Rickenhagen gehörten, des Goldberger Sees mit seinen Werbern und 14 Mark Hebrungen aus demselben und des Serrahn-Sees.

Nicolaus, dei gracia dominus de Werle, omnibus christifidelibus presens scriptum visuris salutem in Marie virginis filio gloriose. Pia<sup>1)</sup> progenitorum nostrorum studia imitari et precipue in religiosorum profectibus cupientes<sup>2)</sup> notum facimus presentibus et futuris, quod nos, matura deliberatione prehabita, de consensu et voluntate vasallorum nostrorum, dilectis nobis in Christo fratribus ecclesie Noui Campi, Cisterciensis ordinis, Zwerinensis dyocesis, pro remedio anime nostre necnon eterne felicitatis premio conquirendo, pro mille et quadringentis marcis viginti marcis minus denariorum monete currentis vendi[di]mus<sup>3)</sup> proprietatem villarum videlicet Eutecyn, Belowe, Cedarghe, necnon proprietatem quatuor molendinorum videlicet in Cobendyn, in Arnoldeshaghen, molendini, quod Ceran dicitur, et molendini ad Fagum, quod vulgo to der Boken nominatur, preterea proprietatem sex mansorum juxta opidum Gholtberch situatorum, qui quondam ad castrum Rikenhaghen pertinebant iure tali, quod vulgo borchlen nuncupatur, cum omnibus predictarum<sup>4)</sup> villarum et mansorum attinenciis integraliter, agris scilicet cultis et incultis, pascuis, pratis, paludibus, aquis et aquarum decursibus, piscaturis, siluis et rubetis. Postremo eciam proprietatem stagni apud Gholtberch et insularum omnium, que in ipso stangno continentur, necnon et quatuordecim marcarum redditus, quos eciam in eodem stangno habuimus, stagni quoque proprietatem, quod Ceran vocatur, cum iudicio sexaginta solidorum et infra, cum tercia parte iudicii mutilacionis et mortis in omnium dictorum bonorum locis et terminis vbicumque situatis sine diminutione qualibet prefatis fratribus vendidimus, vt dictum est, pro mille et quadringentis marcis viginti marcis minus denariorum monete currentis libere perpetue possidendam, nec nostro uel<sup>5)</sup> successorum nostrorum nomine predicta bona omnia de cetero aliquatenus mensurentur; dantes eciam fratribus sepredictis liberam facultatem eadem bona vendendi, permutandi et de omnibus bonis prenominatis ordinare, prout ipsorum placuerit opcioni. In cuius rei firmitatem perpetuam presentem cedula[m] sigillo nostro duximus muniendam. Testes sunt domini et milites Bruno<sup>6)</sup> castellanus noster in Nouo Castro, Nicolaus de Malin castellanus noster in Parchym, Ludolfus et Hartmannus, fratres de Oldenborch, Heynricus de Ost, Johannes de Gholtstede advocatus in Pentzelyn, Heynricus Schade advocatus in Warne, Joachym advocatus in Plawis, Godefridus de Oldenborch, Boldewynus de Lobeke, Ywanus de Below, Hermannus Rumpeshaghen et alii quam plures fidedigni. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, proximo sabbato ante dominicam in ramis palmarum.

<sup>1)</sup> Quia Meff. Urk.-Buch. <sup>2)</sup> cupimus Meff. Urk.-Buch. <sup>3)</sup> vendimus S. <sup>4)</sup> pertinentiis Meff. Urk.-Buch. <sup>5)</sup> nec Meff. Urk.-Buch. <sup>6)</sup> Bruno Meff. Urk.-Buch.

*Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transsumt vom 11. Sept. 1423 s. r. Kl. Neuenkamp Nr. 137 (S); Alte Abschrift im Polg. Arch. Tit. 26 Nr. 3 Vol. 1 fol. 307; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. IV Nr. 897; Original-Transsumt vom 11. September 1423 in der Delriß'schen Sammlung des Joachimsthalschen Gymnasiums zu Berlin; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klemphens Extract 2c. fol. 40v.*

*Gedruckt im Meff. Urk.-Buch III S. 625 Nr. 2388; Fabricius III Regeste 422; Duge, Urk.-Nachrichten über Goldberg, Urk. S. 52 (Uebersetzung).*

Der Druck dieser und der folgenden Nummer im Meff. Urk.-Buch ist nicht, wie dort angegeben, nach dem Stettiner, sondern nach dem Berliner Original-Transsumt besorgt worden.

1760.

1296 März 17. (proximo sabbato ante dominicam Palmarum).

Nicolaus, Fürst zu Werle, bezeugt, daß das Kloster Neuentamp mit dem von ihm gekauften Eigenthum der Dörfer Luggin, Below, Zibberich, Woosten, Wendisch-Warne, Al.-Pozerin und der Acker bei der Stadt Goldberg, welche früher als Burglehn zur Burg Richtenhagen gehört haben, deren Zehntfreiheit erlangt habe, und übernimmt hierfür die Gewähr.

Nicolaus, dei gracia dominus de Werle, omnibus presens scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos proprietatem villarum videlicet Eutcin <sup>1)</sup> Belowe, Cedarghe <sup>2)</sup>, Wusten, Wendeschen Warne et ville, que Parvum Puzerin <sup>3)</sup> dicitur, et agrorum iuxta opidum Gholtberghe situatorum <sup>4)</sup>, [qui quondam ad castrum Rikenhagen pertinebant, jure tali, quod vulgo borchlen nuncupatur <sup>5)</sup>], ecclesie Noui Campi, Cisterciensis ordinis, Zwerinensis dyocesis <sup>6)</sup>, cum tanta libertate vendidimus cum omnibus suis attinenciis possidendam perpetue, ita quod nullus hominum a predictis bonis valeat vel debeat in futurum decimas extorquere, ymmo nec dyocesanus <sup>7)</sup> episcopus eciam decimas debeat vel possit ab eisdem bonis exigere, cum noscatur idem episcopus Zwerinensis [nomine] <sup>8)</sup> sue ecclesie a nostris progenitoribus pro addecimacione eorundem bonorum restaurum sufficiens recepisse. Verumtamen si, quod absit, decimas ipse episcopus vel nostri heredes vel quispiam alius a memoratis bonis conaretur <sup>9)</sup> exigere, nos et nostros heredes profiteamur debere predictam [ecclesiam] <sup>8)</sup> Noui Campi ab ipsorum ac aliorum omnium impetitione et instancia decimarum predictarum eripere et facere liberam et securam. In cuius rei <sup>10)</sup> firmitatem <sup>11)</sup> presentem cedula nostro sigillo duximus muniendam. Testes sunt domini et milites Ludolphus <sup>12)</sup> et Hartmannus, fratres de Oldenborch, Johannes Gholtstede <sup>13)</sup> advocatus in Pentzelin, Heynricus <sup>14)</sup> de Ost, Heynricus <sup>14)</sup> Schade <sup>15)</sup> advocatus in Warne, Joachym <sup>16)</sup> advocatus in Plawis, Boldwynus <sup>17)</sup> de Lobeke, Ywanus de Below <sup>18)</sup>, Hermannus Rumpeshagen et alli quam plures fide digni. Datum anno gracia M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXXVI<sup>o</sup>, proximo sabbato ante dominicam Palmarum <sup>19)</sup>.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transsumt vom 11. September 1423 s. r. Nl. Neuentamp Nr. 137 (S); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 898; Original-Transsumt vom 11. September 1423 in der Delrich'schen Sammlung des Joachimsthalschen Gymnasiums zu Berlin (zu 1290). Bibl. der Ges. für Pom. Gesch.: Klemphens Extract zc. fol. 35v.

Gedruckt bei Fabricius, Regeste Nr. 423; Mefl. Urf.-Buch III S. 627 Nr. 2389; Duge, Urf.-Nachr. über Goldberg, Urf. S. 56 (Uebersetzung).

Eine fast gleichlautende Urkunde vom 15. März 1296 ist nur in Abschrift erhalten und ich gebe daher nur die Varianten von obiger Urkunde:

<sup>1)</sup> Eucig. <sup>2)</sup> Cedarge. <sup>3)</sup> paruum Pozerin. <sup>4)</sup> agrorum opidi Goldberge. <sup>5)</sup> Fehlt. <sup>6)</sup> diocesis. <sup>7)</sup> dyocesanus. <sup>8)</sup> Fehlt in S. <sup>9)</sup> conatur. <sup>10)</sup> Fehlt. <sup>11)</sup> firmitatem perpetuam. <sup>12)</sup> Ludolfus. <sup>13)</sup> Goldstede. <sup>14)</sup> Henricus. <sup>15)</sup> Scade. <sup>16)</sup> Jochim. <sup>17)</sup> Boldewinus. <sup>18)</sup> Belowe. <sup>19)</sup> feria  $\bar{v}$  ante dominicam in ramis Palmarum.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Abschrift. im Volg. Arch. Tit. 26 Nr. 3 Vol. 1. fol. 314v.

1761.

1296 April 8. (in dominica, qua cantatur, Misericordia domini plena est terra) in castro Slawen.

Matheus, Unterkämmerer, und Paul, Unterruchseß zu Schlawe, bezeugen, daß Wojan, Tribun zu Schlawe, mit seinem Sohne Jakob auf das Dorf Barpart zu Gunsten des Klosters Binfow verzichtet hat.

Vniversis Christi fidelibus praesentem literam visuris seu auditoris Mattheus, subcarnarius in Slawena, et Paulus subdapifer ibidem salutem in salutis omnium largitore. Cum

sit Christianis condecens et consonum, veritati visae et auditae testimonium perhibere, vniuersis praesentibus et posteris hanc literam visuris publicè protestamur, quod Woianus, tribunus in Slawen, cum filio suo Jacobo villam Parpart, quam dominus abbas et fratres sui de Bucouia a patre suo domino Mildebrath cum consensu nobilium principum domini Mestwini et domini Woitzlai Rugiani multis retroactis temporibus iuste et rationabiliter emerunt et hactenus pacifice possederunt, coram nobis in castro Slawen praedicto domino abbati de Bucouia cum omni iure, quod in dicta villa habere potuerant, iterato libere et voluntarie resignarunt, data fide firmissime promittentes, quod ipsi n[ec]<sup>1)</sup> aliqui ex parte sua siue sui haeredes nati vel adhuc nascituri unquam de caetero debeant sup[ra]dictum<sup>2)</sup> abbatem et fratres suos de Bucouia super exigentia vel inpetitione alicuius iustitiae de saepedicta villa Parpart aliquantulum molestare. Econtra vero saepedictus abbas et fratres sui praedicto Woiano et filio suo Jacobo vnum equum ad valorem trium marcarum et quatuordecim vlnas nobilis panni, pro octo solidis denariorum qualibet vlna empta, insuper duas ocreas et viginti duas vlnas claustralis panni erogarunt. Huius rei testes sunt dominus Wichardus abbas, prior et totus conuentus, coram quibus in die Palmarum super summum altare similiter resignauerunt, dominus Johannes sacerdos et commendator in Slawen, Volseko signifer, Lucemarus de Solkowe, milites, et Ventzlaus filius suus, Woitzlaus filius Matthaei subcamerarii, Ventzlaus Dummeradebitz et alii quam plurimi fide digni. Vt autem haec rationabilis conuentio et rata et immutabilis absque omni contradictionis obstaculo perpetuis temporibus perseueret, praesentem literam nostris sigillis dignum duxi[mus]<sup>3)</sup> muniendam. Datum et actum in castro Slawen, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in dominica, qua cantatur: „Misericordia domini plena est terra.“

Ueberschrift: Resignatio villae Parpart.

<sup>1)</sup> non S. <sup>2)</sup> superdictum S. <sup>3)</sup> duxi S.

Bibl. der Ges. für Pom. Gesch.: Bukower Matrikel fol. 144 v (S); Königl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 895 a.

Gedruckt bei Herlbad, Pommerell. Urk.-Buch S. 487 Nr. 539; Fabricius III Regeste 424 b.

1762.

1295 April 11. (feria quarta post dominicam, qua cantatur Misericordias domini), in Montibus.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, verleiht dem Nonnenkloster zu Bergen auf Rügen das Eigenthum des Dorfes Goor auf Wittow, welches das Kloster von dem Ritter Udo erkaufte hatte.

Wysezlaus, dei gracia princeps Ruyanorum vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem in domino sempiternam. Temporales actus fluunt cum tempore, nisi curet eos actor apicibus ac testibus eternare. Hinc est, quod notum esse uolumus tam praesentibus quam futuris, quod nos ob diuine remuneracionis intuitum ad rogatum sanctimonialium in Montibus in Ruya, Cysterciensis ordinis, Roskildensis dyocesis, proprietatem ville in Wytouia siti, Gore nuncupate, eisdem sanctimonialibus contulimus libere et pacifice perpetuo possidendam, quam uillam predictae sanctimonialibus a quodam milite Vdone empicionis titulo comparauerunt, sepe memoratis sanctimonialibus dicta uilla cum omnibus pertinenciis ac utilitatibus suis iugiter fruituris. In cuius rei euidentiam perpetuam praesens scriptum exinde

confectum sigillo nostro duximus muniendum. Testes huius rei sunt Bertoldus de Ost marscalcus noster, Prydborus de Lanka, Rickoldus Rodemunt, domini milites, et quam plures alii nichilominus fide digni. Datum in Montibus, anno dominice incarnationis M.CC.XCVI, feria quarta post dominicam, qua cantatur, Misericordias domini, presentibus perpetuo duraturis.

Ueberschrift: Super villam Ghore in Wytouia.

Matrifel des Klosters Bergen: Transsumt vom 9. Sept. 1313 fol. 3<sup>v</sup> Nr. 4; Bibl. der Ges. für Pom. Gesch.: Husens Extract zc. fol. 4<sup>v</sup> (1290).

Gedruckt bei Fabricius III S. 98 Nr. 251.

## 1763.

1296 April 11. (feria quarta post dominicam, qua cantatur Misericordias domini) in Montibus.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, verleiht dem Nonnenkloster zu Bergen auf Rügen das Eigenthum einer Hafenhufe zu Bessin, aus welcher Conrad von Parow und seine Gemahlin Mechtild dem Kloster zwei Mark Pfennige Rente nach ihrem Tode verheißen hatten.

Wyseszlauus<sup>1)</sup>, dei gracia princeps Ruyanorum, omnibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam<sup>2)</sup>. Conseruari debet a posteris ratum, quicquid a progenitoribus dinoscitur canonice ordinatum. Quo circa nouerint tam presentes quam posteri, quod Conradus de Parow<sup>3)</sup> et vxor<sup>4)</sup> sua Mechtildis<sup>4)</sup>, sano vtentes consilio, ob dei amorem necnon in remissionem suorum peccaminum monasterio in Montibus in Ruya syto<sup>5)</sup>, Cisterciensis<sup>6)</sup> ordinis, dyocesis Roskildensis, duas marcas denariorum usualium singulis annis post obitum predictorum percipiendas sine impedimento de vno vno<sup>7)</sup> in villa Bissin<sup>8)</sup> nuncupata in Ruya erogabunt. Nos autem, bone operacionis propositum impedire nolentes damus per presentes proprietatem vnci predicti monasterio memorato perpetuo sine violacione qualibet possidendam. In cuius rei certitudinem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt Bertoldus de Ost<sup>9)</sup> marschalcus noster, Rickoldus, Vdo, domini et<sup>5)</sup> milites, et quam plures alii<sup>5)</sup> fide digni. Datum in Montibus, anno domini M.CC.XCVI, feria III. post dominicam, qua cantatur Misericordias domini.

1) Witz. S. 2) Parowe B. 3) uxor B. 4) Mechtlydis B. 5) fehlt in S. 6) Systerciensis B. 7) vno vneo B. 8) Bessin B. 9) statt marsc. n. hat S. durchstrichen: Martinus.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 127 (S); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 892; Matrifel des Klosters Bergen: Transsumt vom 9. Sept. 1313 fol. 9<sup>v</sup> Nr. 12 (B).

Gedruckt bei Fabricius III S. 98 Nr. 252.

## 1764.

1296 April 13. (proxima feria sexta post dominicam, qua cantatur Misericordia domini) in Nouo Campo.

Wizlato II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlato III. und Sambor schenken dem Kloster Neuenkamp zur Anlegung eines Klosters des heiligen Nikolaus die Insel Hiddensee mit dem ganzen Eigenthum derselben, die Fischerei zwischen Rügen und Hiddensee, das Eigenthum des Dorfes Barrenzin,

frei von Nachmessung, und verkaufen denselben die Insel Cingst, mit Ausnahme der der Stadt Barth gehörigen Wiese, mit vollem Eigenthum und Gerichtsbarkeit für 2000 Mark Pfennige, behalten sich aber die Jagd auf Cingst vor.

Wizlaus, domini Jaromari filius, gracia dei princeps Ruyanorum, vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos, matura deliberatione prehabita, de heredum nostrorum consensu Wizlai et Zambur et vasallorum nostrorum consilio et voluntate, ob spem venie optinende nobis ac nostris defunctis progenitoribus apud deum, donauimus deo et beate virgini Marie vniuersoque ordini Cysteriensis et specialiter venerabili domino Arnoldo, abbati monasterii Noui Campi, et suis fratribus, eiusdem ordinis, Zwerinensis dyocesis, totam insulam Hyddense nuncupatam cum integra proprietate eiusdem insule, prout vndique circumcingitur salso mari, ad construendum in ipsa insula predicti Cysteriensis ordinis abbaciam, quam vocari volumus abbaciam sancti Nycolai et subditam esse discernimus (!) perpetuo dicto monasterio Noui Campi secundum Cysteriensis ordinis instituta. Donauimus eciam predictis domino abbati et fratribus integram piscaturam inter litus terre Ruye et litus insule Hyddense, in longum tocius insule Hyddense, nec cuiquam hominum ibidem piscari licebit sine eorundem fratrum permissione et licencia speciali, spondentes eisdem fratribus, quod nos et nostri heredes nunc et in futurum teneamur eandem insulam Hyddense et predictam piscaturam ab omni impeticione eripere et perhenniter libertare. Donauimus insuper prenomatis domino abbati et fratribus integram proprietatem cuiusdam ville super Bore, Tzarrencin nominate, plane cum omnibus suis attinenciis, videlicet agris, pratis, paschuis, paludibus, siluis, rubetis, aquis, piscaturis, cum terminis suis ab antiquo distinctis, vt, quicquid intra eosdem terminos continetur, nunquam debeat nostro vel nostrorum heredum nomine de cetero mensurari, sed ipsi fratres proprietatem insule Hyddense et proprietatem piscature prehabite nec non et proprietatem ville Tzarrencin, cum pleno iudicio, maiore et minore, in omni causa et in omnibus locis insule, piscature et ville cum omni vtilitate et fructu quiete tanta et libertate possidebunt eternaliter, quod de eisdem ac in eisdem, videlicet insula, piscatura et villa ac omnibus aliis, que ad ista pertinent, sepredicti dominus abbas et fratres ad vtilitatem et profectum abbacie sancti Nycolai et fratrum inibi domino famulancium disponere, ordinare et facere poterunt, quicquid volunt. Preterea, ut in eadem abbacia sancti Nycolai in insula Hyddense fundata dei cultus et continua eius laudacio perpetuo perseueret, sepememoratis domino abbati et fratribus monasterii Noui Campi totam insulam Cingst, prout mari salso necnon et quibusdam aliis fluuiis, videlicet Prerowe, Nyenowe et Prezniz cingitur, cum siluis, rubetis, paschuis, paludibus, agris et pratis, excepto dumtaxat prato ciuibus ciuitatis Barth tantum ad fenacionem sub certis terminis deputato, videlicet in longum ab occidente a riulo Stromineke versus orientem vsque ad monticulos ibidem pro terminali ostensione congestos, in latum vero a mari salso vsque ad siluam, in qua silua prefati ciues se nullam habere nouerint potestatem, cum integritate proprietatis tocius insule Cingst, cum iudicio maiore et minore, in omni causa et in omnibus locis tocius eiusdem insule Cingst, ita quod nichil excipitur, cum omni vtilitate et fructu vendidimus pro duobus milibus marcarum denariorum monete vsualis, de quibus hiidem fratres nobis nonaginta tremodia annone in molendinis ciuitatis nostre Stralessund in fossato situatis et sexaginta tremodia in vno proprio suo molendino pro mille et sexcentis marcis reemerunt, que pro tanto exposueramus, et reliquas quadringentas marcas nobis tanta promptitudine presentauerunt, quod exigente equitatis et iustitie ratione redonamus eisdem, quod de prefata insula Cingst et prato quodam Scabe nuncupato, prout salso mari et prefato riulo Nyenowe circumcingitur, et omnibus, que ad ipsam

insulam Cingst pertinent, ad vtilitatem et profectum prenominatae abbacie sancti Nycolai in insula Hyddense faciant, ordinent et disponant, quicquid ipsorum placuerit voluntati. Hoc tamen nobis reseruamus, quod in sepedicta insula Cingst possumus nostras venationes, quociens libuerit, exercere (!). In cuius rei perpetuam firmitatem presentem paginam sigillo nostro necnon et sigillis dilectorum filiorum nostrorum, Wizlai scilicet et Zambur, fecimus communiri. Huius rei testes sunt venerabilis dominus Godefridus Zwerinensis ecclesie episcopus, illustris dominus Buockguslaus dux Stetinensis, Reymfridus de Peniz, Johannes Morderus, Hermannus Metzecowe, Heinricus de Ost quondam marscalcus noster et Bertoldus de Ost, frater suus tunc noster marscalcus existens, Johannes de Woken[stede]<sup>1)</sup>, Heinricus et Arnoldus, fratres de Vicen, milites, necnon Johannes de Sale, plebanus in Stekeborch, noster tabellio et capellanus, et alii quam plurimi milites et clerici fide digni. Datum in Nouo Campo, anno domini M.CC. [nonagesimo sexto, proxim]a<sup>1)</sup> feria sexta post dominicam, qua cantatur, Misericordia domini.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium.

<sup>1)</sup> Im Original abgerissen.

Die Siegel nebst Schnüren abgerissen.

Original im Kgl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Nl. Neuenkamp Nr. 58. Eine anscheinend etwas spätere Ausfertigung ebendasselbst s. r. Nl. Hiddenje Nr. 1<sup>a</sup>. Original (zweite Ausfertigung) in der Mohrnisches Sammlung auf der Rathsbibliothek zu Stralsund; Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Orig.-Transsumte aus den Jahren 1377, 1388, 1389 s. r. Nl. Hiddenje Nr. 55, 62, 63; Hiddenjeer Matrikel (Transsumt von 1347) Nr. 42; Abschrift auf Pergament im Stadt-Archiv zu Barth s. r. Nr. 4; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klempkens Extract 2c. fol. 55. 65.

Gedruckt bei Fabricius III S. 99 Nr. 254; Meff. Urf.-Buch III S. 630 Nr. 2392 (Auszug); Janauischek, Orig. Cistere. Nr. 692; Bhl, Gesch. des Nl. Elbena (Regest).

1765.

1296 April 14. (in die Thiburcii et Valeriani martyrum beatorum) in Nouo Campo.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor verleißen dem Nonnenkloster zu Bergen auf Rügen die volle Gerichtsbarkeit in allen Gütern desselben.

Wyclus<sup>1)</sup>, dei gracia princeps Ruyanorum, necnon Wizlaus<sup>2)</sup> et Zamborus, eadem gracia principes juniores eorundem, omnibus Christi<sup>3)</sup> fidelibus presencia visuris inperpetuum. Litterarum et testium munimento solent perhennari principum<sup>4)</sup> gesta, ut<sup>5)</sup> robur perpetue stabilitatis obtineant<sup>6)</sup> et nasciture posteritatis memoriam valeant adipisci. Quo circa discat reuerenda nacio presencium et noscat felix successio futurorum, quod nos de consensu nostro vnanimi ac fidelium nostrorum eciam requisito consilio ob honorem dei omnipotentis et matris eius Marie<sup>7)</sup> virginis intemerate, quorum pluries temere offendimus maiestatem, ut<sup>8)</sup> eisdem aliqualem pro nobis faciamus satisfactionem, et propter animarum nostrarum, predecessorum necnon successorum nostrorum omnium remedium promerendum piis progenitorum nostrorum vestigiis uolentes<sup>9)</sup> salubriter inherere, donauimus monasterio in Montibus in Ruya situato, Cystersiensis<sup>8)</sup> ordinis, Roscildensis<sup>9)</sup> dyocesis, et sanctimonialibus ibidem deo die noctuque iugiter famulantibus in omnibus bonis suis vbicunque locorum in dominio et principatu nostro sitis omne iudicium, tam maius quam minus, in omni causa, quod ad nos spectabat, quod consistere dinoscitur in sententia capitali siue mortis et manuum mutilacione<sup>10)</sup>, sine impedimento quolibet aduocatorum nostrorum et perturbacione qualibet exclusa, perpetuis temporibus sine violacione aliqua irreuocabiliter possidendum, decernentes<sup>11)</sup> irritum et inane, si secus quippiam in huius



donacionis nostre liberaliter facte libertatem ab ullo<sup>12)</sup> quoquam hominum fuerit attemptatum, presentibus ad vtilitatem<sup>13)</sup>, comodum<sup>14)</sup> et profectum monasterii predicti, juxta tenorem iudicii prescripti<sup>15)</sup> perpetuo duraturis. In huius<sup>16)</sup> rei memoriam sempiternam, ne super isto facto nostro in posterum dubitacio oriatur, sigilla nostra ad cautelam presentibus duximus apponenda. Testes, qui aderant, hii sunt: dominus noster Gotfridus<sup>17)</sup> episcopus Zwerinensis, Arnoldus abbas Noui Campi, prepositus Nicolaus<sup>18)</sup> de Montibus, domini clerici<sup>19)</sup>; domini Reynfridus<sup>20)</sup> de Penitze<sup>21)</sup>, Johannes Morder, Hinricus et Bertoldus de Ost, fratres, marscalci nostri, Hermannus Mezecow<sup>22)</sup>, Nicolaus<sup>18)</sup> de Kalant<sup>23)</sup>, Lodewicus Kabolt<sup>24)</sup>, Matheus Molteke, Conradus Dotenberg<sup>25)</sup>, Johannes Wokenstede, domini milites, et quam plurimi alii nichilominus<sup>26)</sup> fide digni. Datum in Nouo Campo per manus domini Johannis<sup>27)</sup> sacerdotis plebani ecclesie in Stekeborgh, de Zale<sup>28)</sup> nuncupati, curie nostre capellani et prothonotarii, ab<sup>29)</sup> anno dominice incarnationis M.CC.XC.VI.<sup>30)</sup> in die Thibureii<sup>31)</sup> et Valeriani, martyrum beatorum.

1) Wiz. S. 2) Wyzlaus B. 3) Fehlt in S. 4) principium S. 5) vt B. 6) optineant B. 7) volentes B. 8) Cysterciensis B. 9) Roskildensis B. 10) mutulacione S. 11) discernentes S. 12) vilo B. 13) utilitatem B. 14) commodum B. 15) prescriptorum B. 16) cuius B. 17) Ghotfridus B. 18) Nycolaus B. 19) clericis S. 20) Reynfrido S. 21) Penicz B. 22) Mezekowe B. 23) Kaland B. 24) Kabold B. 25) Dotenbergh B. 26) nychilominus B. 27) Jo. S. 28) Sale B. 29) Fehlt in B. 30) sexto B. 31) Tybureii B.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 129 (S.); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 896; Matrifel des Jungfernklosters zu Bergen fol. 4 Nr. 5 (B.): Bibl. der Gef. für Pomm. Gesch.: Hufens Extract zc. (Soeper Mscr. 214) fol. 2.

Gedruckt bei Thorstein, Diplom. Arna-Magn. I p. 304 (zu 1246); Fabricius III S. 100 Nr. 255; Mehl. Urf.-Buch III S. 631 Nr. 2393 (Auszug).

1766.

1296 April 16. (feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Iubilate) Rozstogck.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor verleihen dem Dorfe Saal das als drei Hufen zu verzinsende Land zwischen Rükenshagen und Schlichtemühl und den Grenzen Heinrich Mürders bis zur Saaler Befse frei von Nachmessung.

Witzlaus dei gratia princeps Ruianorum, necnon [Witzlaus]<sup>1)</sup> et Zamborus, eadem gratia principes eorundem juniores, omnibus Christi fidelibus instrumentum hoc cernentibus in perpetuum. Fraudulosa rerum varietas saepe humanis actibus aduersatur, nisi semper firmo literarum characterem ac attestatione testium muniantur. Hinc est, quod ad precum instantias ciuium villae nostrae Sale priuilegia eorundem super libertate terminorum suorum conscripta a nobis dudum erogata in hunc modum duximus renouanda. Discat igitur reuerenda natio praesentium et noscat faelix successio futurorum, quod nos incolis villae memoratae et eorum haeredibus omne id, quod inter terminos villarum Kuekenshagen et Schlichtemühle et inter terminos domini Henrici Morderi vsque in riuulum, qui dicitur Salebeke, continetur, in aquis, pascuis, pratis, nemoribus, rubetis, paludibus, lignis, syluis, agris cultis pariter et colendis, vendidimus et quiete contulimus perpetuo possidendum, taliter quod praedictis omnibus infra terminos praescriptos contentis ad vtilitatem, commodum et profectum villae memoratae conuertendis sine mensuratione funiculi alicuius et perturbatione qualibet nostra haeredum nostrorum necnon aduocatorum praedicti incolae iugiter pacifice perfruantur, hoc expressius adiecto,

quod de omni contento infra terminos praedictos non vltra quam pro tribus mansis tantum nobis et liberis nostris ciues praedicti censum et tributum soluere teneantur. In cuius rei euiden-  
tiam et cautelam plenioram praesens scriptum super hoc confectum sigillorum nostrorum ap-  
pensione duximus roborandum, ir retractabiliter perpetuo perdurandum. Testes huius rei sunt  
Reinfridus de Pentz, Johannes Mörderus, Henricus et Bartoldus, fratres de Osten, domini mar-  
schalci nostri fideles, Hermannus Mecekow, Ludowicus Kabolt, Nicolaus de Calandt, domini  
milites consilarii nostri, Mattheus Mollteke, Conradus Datenberch, Henricus de Vicen<sup>2)</sup>, Wer-  
nerus de Tribbeszes, Margkwardus cum Plate et quam plures alii nihilominus fide digni.  
Datum per manum Johannis sacerdotis, curiae nostrae notarii, de Sale nuncupati, Rozstogek  
ab anno incarnati [verbi]<sup>3)</sup> M.C.C. 96, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur,  
Jubilate, praesentibus perpetuo duraturis.

1) Wandalorum Mscr. 2) Vicentz. Deßgl. 3) videlicet. Deßgl.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Abschrift von 1577 in den Mscr. St. Arch. II 15 Nr. 51.

Gedruckt bei Fabricius IV. 1. Register S. 6 Nr. 428c.

1767.

1296 April 16. (feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur Jubilate) Rozstogek.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor erneuern die Bestimmungen  
über die Grenzen des Dorfes Saal und setzen die Zahl der nicht weiter nachzumessenden Fußes auf  
21<sup>1</sup>/<sub>4</sub> feß.

In nomine sanctae trinitatis amen. (Privilegium super agros).<sup>1)</sup> Witzlaus, dei gratia prin-  
ceps Rugianorum, necnon W[it]zlaus<sup>2)</sup> et Samborus, eadem gratia principes eorundem juniores,  
vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum visuris in perpetuum. Ne ea, quae fiunt in tempore,  
simul cum fluxu temporis ab hominum memoria, quae est res momentanea et caduca, pereant  
et recedant, expedit, vt in scripta publica redigantur. Quamobrem notum facimus tam prae-  
sentibus quam futuris, quod ad rogatum ciuium villae nostrae Sale nobis dilectorum priuilegia  
ipsorum super terminos mansorum et agrorum suorum conscripta antea renouanda duximus  
sub hac forma, quod quicquid inter terminos villarum Schlichtemhole, Damitze, Niendorp,  
Hermenshagen et villam Sale praedictam, distinctum per palos vel monticulos, pro ostensione  
terminali congestos, continetur, vsque in riuium Salebeke, tam in aquis, pascuis, pratis, pa-  
ludibus, nemoribus, rubetis, lignis et agris cultis pariter et colendis, quod nunc situm est et  
perpetuo nobis soluendo censum et tributum jacebit, pro viginti mansis et vno manso cum  
quartali vnius mansi et non vltra quippiam extorquendo, Insuper pascua vltra piscinam  
juxta villam Salae sitam, quae protenduntur vsque ad terminos villae Kuekenshagen et praeterea  
omnia contenta et inclusa, tam in aquis, pratis, lignis et aliis, vt supra, infra terminos, quae (!)  
procedunt vltra longum aggerem seu dammonem vsque ad metas terminales dominorum militum  
Heinrici et Hermanni de D[echouw]<sup>3)</sup> ex inferiori parte viae siue strate communis, quae pars  
inferior totalis protenditur vsque in mare salsum, vendidimus et contulimus libere perpetuo  
possidenda, expressius hoc addentes, quod memorata villa Sale limitibus suis taliter distincta,  
vt praescriptum est, ab omni agrimensoris funiculo in posterum sit immunis penitus et exempta,  
volentes nihilominus villam Damitze nunc f[co]daliter<sup>4)</sup> collatam domino Nicolao dicto Swinekuele  
et suis legitimis haeredibus singulariter suis distinctis terminis a villa Sale contineri, pro vt  
nunc jacet, nullo vnquam tempore agri cum omnibus aliis pertinentiis suis villae Damitze

praedictae a quopiam hominum mensurandi. Eidem tamen villae pascua inter piscinam villae Sale et inter Kuekenshagen et ligna vltra longum dammonem existentia, quemadmodum ante priuilegii huius renouationem fuere communia, ita et nunc cum villa Sale praesentibus reseruamus. In cuius rei memoriam sempiternam, ne hoc factum nostrum aut temporis obliuio deleat vel ingenium malignantis irritet aut infringat, praesentem paginam exinde conscribi fecimus et sigillorum nostrorum eandem roborandam duximus munimento. Testes huius rei sunt Reinfridus de Pentz, Johannes Mörderus, Heinricus et Bartoldus, fratres de Osten, domini marschalci nostri, Hermannus Mecekow, Ludowicus Kabolt, Nicolaus de Kalandt, Mattheus Moltke, Conradus Datenberch, Heinricus de Vicen<sup>5)</sup>, consilii nostri fideles, Margckquardus cum Plate, Wernerus de Tribbeszes, domini milites, et quam plurimi alii nihilominus fide digni. Datum Rozstogck per manum Johannis sacerdotis, de Sale nuncupati, plebani in Stekeberch, curiae nostrae notarii, dominice incarnationis 1296, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur, Jubilate, praesentibus perpetuo duraturis ad praedictae villae Sale sempiternum commodum et profectum.

<sup>1)</sup> Ueber dieser Ueberschrift ist die Invocation nachträglich am Kopfe der Seite zugefügt. <sup>2)</sup> Wandalorum Mscr. <sup>3)</sup> Diechow bezgl. <sup>4)</sup> foedaliter bezgl. <sup>5)</sup> Vicenz bezgl.

Rgl. Staats-Archiv zu Steffin: Abschrift von 1577 s. r. Mscr. St. Arch. II 15 Nr. 50.

Gedruckt bei Fabricius IV. 1. Regesten S. 8 Nr. 428<sup>b</sup>.

1768.

1296 Mai 13. (in die Pentecostes) Stralessundis.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor gewähren den Geistlichen des Landes Rügen unbeschränkte Verfügung über ihren Nachlaß und unter Vorbehalt der Genehmigung des Bischofs zu Roeskild auch den Genuß des Gnadenjahres.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Wyzlaus et Wyzlaus necnon Zamborus, dei gracia principes Ruyanorum, vniuersis christifidelibus tam posteris quam presentibus in domino salutem. Quamuis ad rei publice possidenda gubernacula in partem sollicitudinis diuinitus euocati omnibus in districtu nostro positis ad conseruacionem iusticie, que vnicuique, quod suum est, tribuit, ex zelo rectitudinis teneamur, maxime tamen ecclesias et personas ecclesiasticas, sine quibus fidei sacre religio stare non preualet, pie defensionis presidio volumus in suis emunitatibus ac libertatibus confouere. Cum igitur pretextu cuiusdam prae consuetudinis, quam vetustas erroris et hominum effrenata cupiditas in quibusdam partibus contra statuta canonum in libertatis ecclesiastice preiudicium dampnabiliter introduxit, clericorum bona mobilia et immobilia per mortem eorundem plerumque relicta in ecclesiis vel beneficiis, in quibus, dum viuerent, residebant, passim a dominis temporalibus jus patronatus in huiusmodi beneficiis habentibus per laicalem potentiam rapiantur et pro voluntatis eorum libito distracta in vsus illicitos conuertantur, quo hec inconuenientia frequenter accidunt, quod eisdem clericis decedentibus testandi de bonis suis facultas abnuitur et si quandoque testamentum condiderint, hii, quos ad hoc in vltima voluntate sua elegerint, illud exsequi prohibentur ac per hoc nonnullos eorum sepe contingit decedere intestatos nec eciam in dote vel domibus eorum tantum de patrimonio crucifixi relinquuntur, vnde eorum debita, que pro sua et ecclesie legitima necessitate contraxerint, persoluantur aut persone, quas in huiusmodi beneficiis postmodum deseruire contigerit, congrue valeant sustentari. Nos qui similiter huiusmodi prauam ac detestabilem consuetudinem a nostris progenitoribus obseruatam inuenimus et aliquociens

eciam permisimus ac mandauimus obseruari, saniori nunc vsi consilio et ad cor penitencie miserante domino sub fiducia gracie redeundo, quo facilius nostris progenitoribus nobisque ac nostris in futurum heredibus peccatorum veniam ac eterne beatitudinis premium a misericordiarum domino impetremus, eidem consuetudini, ymmo <sup>1)</sup> uerius corruptele, in hiis nostris litteris de plano renuntiamus expresse ac proscriptioni longeuo temporis, exceptioni doli mali et in factum omnique iuris et legum auxilio canonici et civilis aut cuilibet actioni, que [nobis] <sup>2)</sup> ac nostris heredibus in futurum posset competere contra hoc instrumentum ac eius tenorem obici vel opponi, ac ipsam consuetudinem tamquam sacrilegam et animarum saluti contrariam omnimodo reprobantes per omnem districtum nostrum penitus abrogamus, dantes et concedentes vniuersis ecclesiarum rectoribus, capellanis et vicariis aliisque clericis in nostro districtu, videlicet in archidiaconatu terre Rugie, ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura obtinentibus, siue sanis mente et corpore existentibus aut in egritudinis lecto positis seu laborantibus in extremis, plenam ac liberam potestatem disponendi, ordinandi ac testandi de bonis suis mobilibus et immobilibus tam ratione ecclesie, quam de patrimonio vel emptione seu alia quauis arte vel industria acquisitis et in vsus ecclesiarum ac fidelium pauperum conuertendi ac largiendi suis amicis indigentibus pro sue voluntatis arbitrio suorumque consilio confessorum, obseruata tamen in omnibus ea forma, quam circa huiusmodi sacrorum statuta canonum approbant et permittunt. Et vt ea se liberius posse gaudeant, vniuersis aduocatis, officialibus seu nuntiis nostris sub obtentu nostri fauoris et gracie districtius inhibemus ac perpetuam inhibitionem facimus, ne de bonis supradictis nostro nomine uel auctoritate propria seu alia quauis occasione quomodolibet intromittere se presumant, quominus clerici predicti prenotata gaudere valeant libertate. Ceterum cum secundum laudabilem ac piam terre consuetudinem nonnulli ex dictis clericis, quorum domus adeo sunt communes, vt hospitalitatis gracia ceterisque pietatis operibus, que in ipsis plurimum in domino commendantur, tanto plerumque debitorum onere pregraentur, quod ipsis nec uiuis nec defunctis ad solutionem debitorum huiusmodi proprie suppetunt facultates, ne de bonis operibus suis videantur incommodum reportare, quin potius ad caritatis opera per longiora beneficia affectuosius accendantur, de consensu venerabilis in Christo patris et domini Johannis, Roskildensis episcopi, cuius ad hoc auctoritas est potissimum requirenda, sepredictis clericis ad solutionem huiusmodi debitorum annum gratie integram a die mortis eorum in beneficiis, que habuerant, liberaliter indulgemus, distinctionem autem ac interpretationem huiusmodi anni gracie predicto domino episcopo per suas patentes litteras, prout sibi secundum deum expedire videbitur, reseruamus et committimus exprimendas. In libertatis vero et gracie predictarum recompensam sepredictos clericos humiliter petimus et in domino exhortamur, vt ad locum eisdem a nobis deputatum bis in singulis annis deuote conueniant, memoriam omnium progenitorum ac heredum nostrorum post nos nostramque et vxoris nostre ibidem cum missarum solemnibus, vigiliis et oracionibus, necnon elemosinarum largitionibus ad honorem omnipotentis dei et animarum nostrarum remedium deuocius peracturi. Sane cum honorabilium dilectorum ac fidelium nostrorum militum et armigerorum nostrorum iura patronatus a nobis tenentium communicato consilio et assensu omnia predicta et singula fecerimus, ipsis firmiter precipimus ac mandamus, vt libertatis huiusmodi gratiam circa clericos sibi subditos modis premissis inuolabiliter studeant obseruare, mercedem a domino et a suis clericis, vt predictum est, in diuinis officiis orationum et bonorum operum suffragia perpetuo recepturi. Si vero huiusmodi gratiam libertatis aliqui ausu temerario contra iusticiam mutare presumpserint, venerabilis in Christo dominus episcopus Roskildensis contra tales, nobis irrequisitis, suo jure procedat, vsque dum ad satisfactionem com-

pellantur. Vt ergo hec nostra tam salubris ordinacio futuris temporibus permaneat inconuulsa presentes litteras inde confectas nostrorum ac aliorum infrascriptorum sigillorum appensionibus communiuimus, dominorum militum videlicet Pridbori, Nicolai et Thezyza nec non domicellorum Andree, filii Andree de Borneholm dicti, et Agonis, filii Nicolai Hak. Testes vero huius rei sunt Reyfridus de Penitz, Johannes Morderus, Hinricus et Bertoldus, fratres de Ost dicti, marschalci nostri fideles, Lodewicus Kabolt, Nicolaus de Kalandt, Matheus Molteke, Conradus Dotenberch, domini milites consiliarii nostri, Pridborus de Lanca, Thomas et Hinricus van (!) Plata, Jeroslaus Vde et quam plures alii nichilominus fidedigni. Datum Stralessundis, incarnati verbi anno millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in die Pentecostes.

1) Fabricius liest vmmo. 2) nostris im Original-Transsumt.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transsumt Herzog Bogislaw's X. vom 1. August 1494 s. r. Ducalia Nr. 363<sup>a</sup>.

Gedruckt bei Dähnert, Sammlung Pom. Urk. II S. 571; Fabricius III S. 100 Nr. 256.

1769.

1296 Juni 11. (die Barnabe discipuli et apostoli) Königsberge.

Otto und Conrad, Markgrafen zu Brandenburg, bekunden die Abmachung zwischen dem Templerorden und der Stadt Bahn einerseits und der Stadt Schönfließ andererseits, wonach letztere sechs Pfund Pfennige zur Erweiterung des Kaufhauses in Bahn zahlt und dafür sechs Standplätze in demselben gegen eine jährliche Abgabe von je 11 Schillingen erhält.

Nos Otto et Conradus, dei gracia Brand. et de Land. marchiones, cum manifesta recognitione ad singulorum noticiam cupimus peruenire, quod inter viros discretos Templariorum ordinis et ciues de Banen ex vna et nostros ciues de Scowenvlith parte ex altera super stationibus theatri in Banen est sic nobis presentibus contractatum, quod et ipsum theatrum edificabitur magis amplum, ad quam ampliacionem dicti nostri ciues sex talenta denariorum leuium soluent. Habebunt autem nostri predicti de Scowenvlith et nulli alii sex stationes in hoc theatro et de qualibet statione anno quolibet vndecim solidi denariorum leuium persoluentur. Dicimus eciam, quod ante consummationem dicte domus ciues de Banen permittent fauorabiliter nostros sepedictos sibi astare in theatro nunc inibi existente. In horum omnium euidens testimonium presens scriptum desuper conscribi iussimus, nostro[rum] 1) sigillorum appensionibus roboratum. Huius rei testes sunt Fredericus de Ecstede, Johannes de Oldenvlith, Hasso, Zulis et Ludeko de Wedele, Johannes Romolo, milites, et quam plures alii fide digni, nostri milites et vasalli. Actum et datum Königsberge, anno domini M.CC. nonagesimo sexto, die Barnabe discipuli et apostoli, per manus domini Zacharie notarii.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Litera super stacionibus teatri in Banis.

1) nostro. Original.

Das Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Geheimen Staats-Archiv zu Berlin s. r. Templerorden.

Gedruckt bei von Ledebur, Allgem. Archiv Bd. 16 S. 320; Nibel, Cod. dipl. Brand. I 19 S. 67 Nr. 5; Stette, Regesta Neomarch. I S. 50.

1770.

1296 Juni 21. (XI. kalendas Julii) Roskildis.

Johann, Bischof zu Roskild, gestattet mit Genehmigung seines Domkapitels dem Kloster Neuenkamp, auf der Insel Hiddensee ein neues Kloster anzulegen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes, miseracione diuina episcopus Roskildensis, salutem in omnium saluatore. Aures nostras tanto decet nos benignius inclinare, quanto id, quod suadetur et petitur, peramplius conuenit exaudiri. Inde est, quod dilecti filii, fratres ordinis Cisterciensis de Nouo Campo, Zwerinensis dyocesis, ad nos accedentes humiliter postularunt, quod cum illo inspirante, cuius spiritus, vbi vult, spirat, soli deo seruire desiderantes in consorcio seruorum Christi secundum vitam et regulam predicti ordinis primitus institutam, in honorem dei et matris eius virginis gloriose nec non ad profectum quam plurimum animarum in insula, que dicitur Hithinsø, nostre dyocesis, intendant fundare cenobium ordinis supradicti, nostrum ad hoc consensum et licenciam admittere misericorditer deberemus. Quapropter nos, conuocato capitulo nostro et ipsius communicato consilio petitionem, huiusmodi licitam et honestam, precipue cum ad diuinum specialiter cultum spectaret augendum, de vnanimi consensu et voluntate prefati capituli nostri dignanter duximus annuendam, dantes eisdem fratribus plenam et liberam tenore presenti facultatem, quandocunque ipsis placuerit, dictum cenobium, diuina cooperante gracia, fundandi in insula memorata, ita tamen, quod ius episcopi Roskildensis et ecclesie parrochialis, vbi dictum cenobium constructur, sit per omnia et in omnibus semper saluum. Ne igitur super hoc aliqua possit dubitacio in posterum suboriri, presentes litteras eisdem fratribus dedimus sigillorum nostri et capituli nostri predicti munimine roboratas in testimonium et cautelam. Datum Roskildis, anno domini MCCXC sexto XI. kalendas Julii.

Auf der Rückseite die gleichzeitige Registratur: Priuilegium domini Roschildensis episcopi et sui capituli super constructione monasterii in Hyddense.

Beide Siegel von den gelb-, grün- und rothseidenen Fäden abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Kl. Neuenkamp Nr. 55; Diplomatar. Roskild. Nr. 9 (Transsumt vom 17. April 1318); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. IV Nr. 895; Original-Transsumt vom 17. April 1318 im Geheimen Archiv zu Kopenhagen.

Gedruckt bei Fabricius III S. 102 Nr. 257.

1771.

1296 Juni 26. (sexto kalendas Julii) Vkermunde.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt dem Kloster Josenik das demselben von Herzog Barnim I. verliehene Patronat der Kirche zu Golnow und gestattet den Mönchen, den dortigen Gottesdienst selbst oder durch einen von ihnen hierzu bestellten Geistlichen zu versehen.

Nos Bugslaus, dei gracia dux Slauorum ac <sup>1)</sup> Cassubie, omnibus presens scriptum visuris seu auditoris notum esse volumus publice protestantes, quod nos ex inspiratione gracie celestis ecclesie in Gobelenhaghen <sup>2)</sup> conferimus ius patronatus ecclesie in Golnowe <sup>3)</sup> eo iure, quo pater noster Barnym <sup>4)</sup>, felicis memorie, predictae ecclesie in Gobelenhaghen contulerat idem ius, tali assistente addicione, quod fratres dicte ecclesie in Gobelenhaghen ex eorum cordis beneplacito nichil contrarietatis obstante possint per se ipsos prefate ecclesie in Golnowe celebrationem

diuini officii ministrare uel, si ipsis proficuum fuerit, persone ydonee pro censu ecclesiastico commendare post obitum domini Alberti de Pisce<sup>5)</sup>, qui predictam ecclesiam in Golnowe suscipere debet a manibus fratrum in Gobelenhaghen collacione canonica, prout nostra ordinacio hec iubet fieri, et possessione ecclesiastica possidere temporibus sue vite. In cuius rei firmiorem obseruacionem presens scriptum antedictis fratribus cum nostri sigilli appensione dignum duximus conferendum. Testes sunt nobilis vir Jaczo comes de Gutsecowe<sup>6)</sup>, magister Lambertus plebanus in Dymmyn, Gobelo, Hinricus de Rene, Hermannus<sup>7)</sup> Draco, Martinus Magnus, Woseken, Hinricus de Westigenborgh<sup>8)</sup>, Hinricus Stedinch, milites, et alii quam plurimi fide digni. Datum Vkermunde, per manus magistri Lamberti, anno incarnationis Christi M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVI<sup>o</sup>, sexto<sup>9)</sup> kalendas Julii.

Ueberschrift: Priuilegium de beneficio in Golnow per dominum Bugslam.

1) et P II. 2) Gobelenhagen P II. 3) Golnow P II. 4) Barnim P II. 5) Ob Pisce oder Piste ist nicht zu entscheiden. 6) Gutsekow P II. 7) Her. P II. 8) Westigenborch P II. 9) VI<sup>o</sup> P II.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Jafentiger Matrifel P I Nr. 12, P II, Nr. 39; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 890.

1772.

1296 Juni 29. (in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.)

Nicolaus, Junker zu Rostock, bezeugt, daß das Kloster Doberan seine Mühlen zu Gnoyen an das Kloster Neuenkamp gegen Salzhebungen zu Lüneburg überlassen hat.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Nycolaus, dei gracia domicellus de Rostock, salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod de nostra permissione, voluntate et consensu venerabiles et dilecti nobis in Christo dominus abbas et conuentus ecclesie Doberanensis molendina sua in Gnoyen situata, que a nobili domino Heinricho, pie memorie, quondam domino de Werle, nostro consanguineo, legitime emerant et possederant, viris religiosis et in Christo nobis dilectis abbati et conuentui ecclesie Noui Campi integraliter pro quibusdam redditibus in salina Luneborch ab eisdem in restaurum acceptis dederunt eodem jure, eadem libertate, vtilitate et fructu perpetuo possidenda, qua noscuntur et ipsi molendina eadem hactenus possedissee. Ne igitur in posterum dicte ecclesie Noui Campi super huiusmodi permutacione a quoquam questio moueatur, presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes sunt Johannes Molteke, Fredericus Molteke, fratres, Georgius Molteke, Hermannus de Snakenborch aduocatus in Rostock, Fredericus Babbe, Fredericus de Kerckdorp, domini et milites, Johannes Babbe, marscalcus noster, famulus, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXXVI<sup>o</sup>, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Auf der Rückseite die gleichzeitige Registratur: Priuilegium domini de Rostoc super molendina Gnoyen.

Bruchstück vom zweiten Siegel des Fürsten Nicolaus an gelb- und rothseidenen Fäden anhängend.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Nl. Neuenkamp Nr. 57; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 899; Stbl. der Ges. für Pomn. Gesch.: Klempkens Extract fol. 34<sup>v</sup>.

Gedruckt im Meßl. Urf.-Buch III S. 638 Nr. 2402.

Auf einem auf den unteren Rand genähten Pergamentstreifen steht von nahezu gleichzeitiger Hand: Istud priuilegium est domicelli de Rostock super proprietate molendini in Gnoyen. Quamuis tamen nobis inutile sit, debet tamen propter cautelam reseruari.

1773.

1296 Juni 29. (in die beatorum apostolorum Petri et Pauli).

Nicolaus, Fürst zu Werle, bezeugt, daß das Kloster Doberan die Mühlen zu Gnoyen, Parchim und Plau an das Kloster Neuenkamp gegen Gebungen aus der Saline zu Lüneburg vertauscht hat.

Nicolaus, dei gracia dominus de Werle, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod de nostra permissione, voluntate et consensu venerabiles et dilecti nobis in Christo dominus abbas et conuentus ecclesie Doberanensis molendina sua, que a nostris progenitoribus legitime emerant et possederant, videlicet in Gnoyen, in Parchim, in Plawis, viris religiosis et in Christo nobis dilectis abbati et conuentui ecclesie Noui Campi integraliter pro quibusdam redditibus in salina Lunenborch ab eisdem in restaurum acceptis dederunt eodem jure, eadem libertate, vtilitate et fructu perpetuo possidenda, qua noscuntur et ipsi molendina eadem hactenus possedissee. Ne igitur in posterum diete ecclesie Noui Campi super huiusmodi permutatione a quoquam questio moueatur, presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes sunt Ludolfus et Hartmannus, fratres de Oldenborch, Henricus Scade aduocatus in Warne, Johannes Goldstede aduocatus in Pencelin, Henricus de Ost marscalcus principis Ruyanorum, Nycolaus de Bruseuiz, Joachim aduocatus in Plawis, Boldwinus de Lobeke, domini et milites, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M.CC. nonagesimo sexto, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium domini Nicolai de Werle super molendinis Gnoyen, Parchim, Plawe.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt bei Bifch, Cod. Plawens. S. 41; Meßl. Urk.-Buch III S. 639 Nr. 2403; Fabricius III Regeste 431 b

An dieses Original ist ein Pergamentstreifen mit folgender Bemerkung, in nicht viel jüngerer Schrift, angehängt: Notandum, quod priuilegium istud, licet in eo continentur molendina in Gnoyen et in Parchim, que nostra non sunt, tamen diligenter seruandum est, quia demonstratio est ad molendinum extra menia ciuitatis Plawe situatum et ad priuilegium super ipso molendino ecclesie Doberanensi aliquando datum, quod priuilegium sine isto nobis nullius esset vtilitatis vel valoris; nam permutatio inter ecclesiam Doberanensem et nos facta in ipso priuilegio plenius declaratur.

1774.

1296 Juli 24. (in vigilia beati Jacobi apostoli) Dargun.

Das Kloster Neuenkamp vertauscht eine Salzhebung aus der Saline zu Lüneburg an das Kloster Doberan gegen dessen Mühlen vor der Stadt Plau.

A.

Urkunde des Klosters Neuenkamp.

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis frater Arnoldus, dictus abbas Noui Campi, salutem in Marie virginis filio gloriose. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos matura deliberatione prehabita, cum consensu conuentus nostri, ob perpetuam tollendam discordiam, quam inter nos et conuentum nostrum ex parte vna et inter venerabilem



dominum abbatem de Doberan et suum conuentum ex parte altera exoriri presumebamus, ex disceptatione molendinariorum, nostri videlicet intra menia ciuitatis Plawe siti et sui extramenia eiusdem ciuitatis commorantis, quandam permutationem fecimus cum venerabili domino Johanne abbate Doberanensi, ita ut ipse nobis et ecclesie nostre eadem libertate, vtilitate et fructu perpetuo possidendos contraderet, quo ipse hactenus possederat, omnes redditus molendini extra muros ciuitatis Plawe siti, videlicet tredecim tremodia et tres modios siliginis, tredecim tremodia et tres modios brasii ordeacii cum tribus marcis denariorum Slaualium. Pro quibus redditibus nos ex beneplacito et consensu conuentus nostri assignauimus dimidiam sartagine liberam apud nos habitam cum suo dominio libero in salina Luneborch in domo, que vocatur inferior Derntsinghe, ad sinistram manum, cum itur in ipsam domum, in sartagine, que gungpanne wlgariter nuncupatur, sepedicto domino Johanni abbati et conuentui suo de Doberan in restaurum libere perpetuo possidendam. In cuius rei certitudinem ampliorem presentem cedulam sigillo nostro necnon venerabilium patrum dominorum abbatum Dithmari de Colbaz, Johannis de Dargun, Henrici de Hylde, Henrici de sancto Nycolao in Hiddense, qui huic ordinationi et permutationi intererant, fecimus sigillis communiri. Testes huius sunt fratres Henricus prior, Henricus cellerarius, Johannes supprior, Gerhardus bursarius, Petrus camerarius, Hermannus scriptor, Nycolaus de Bart, Gerhardus magister operis. Datum Dargun, anno domini M.CC. nonagesimo sexto, in vigilia beati Jacobi apostoli.

Ueberschrift: De concambio et permutatione molendini, quod facit extra ciuitatem Plawe, quod datum est pro dimidia sartagine in salina Luneborch.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar. Doberan. fol. CXX v.

Gedruckt bei v. Westphalen III S. 1550; Meßl. Urf.-Buch III S. 641 Nr. 2405 B; Fabricius III Regeste 432a.

## B.

### Urfunde des Klosters Doberan.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis frater Johannes, dictus abbas de Doberan, salutem in Marie virginis filio gloriose. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos matura deliberatione prehabita, de consensu conuentus nostri permutationem fecimus cum venerabili domino Arnolde, abbate ecclesie Noui Campi, cum molendinis nostris in Plawis extra menia situatis, ita quod in eisdem molendinis omnes redditus nostros, quos ibidem habuimus et possedimus, videlicet tredecim tremodia siliginis et tres modios, tredecim tremodia ordeacei brasii et tres modios cum tribus marcis denariorum dicte ecclesie Noui Campi abbas et suus conuentus tanta libertate, vtilitate et fructu perpetuo possidea[n]t<sup>1)</sup>, qua nos dinoscimur hactenus possedissee. Pro quibus redditibus iam dictus abbas et suus conuentus vnum chorum salis et dimidium in salina Lunenborch nobis et nostro monasterio assignauerunt in restaurum libere perpetuo possidendum. In cuius rei certitudinem ampliorem presentem cedulam sigillo nostro necnon venerabilium patrum dominorum abbatum Dithmari de Colbaz, Johannis de Dargun, Henrici de Hylde, Rudigheri de Oliua, qui huic ordinationi et permutationi intererant, sigillis fecimus communiri. Testes sunt fratres Ludolfus prior noster, Johannes cellerarius, Johannes supprior, Johannes camerarius, Henricus magister hospitum, Johannes cantor, Marcolfus magister conuersorum et bursarius, Theodericus subcellerarius, Arnoldus de Goslaria, Bertoldus infirmarius, Johannes de Sywan, Henricus de Luchowe, Ber-

trammus de Lubeko, monachi et sacerdotes, et alii quam plures fide digni. Datum in Dargun, anno M.CC. nonagesimo sexto, in vigilia beati Jacobi apostoli.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium de permutatione, quam abbates Doberanensis et Noui Campi mutuo fecerunt super molendino Plauuis extra murum et salina in Lunenburg.

1) possideat. Original.

Die fünf parabolischen Siegel an grün- und rothseidenen Schnüren anhängend.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin; Diplomatar. Doberan. ebenbaselbst; Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Alte Abschrift im Wolg. Arch. Tit. 26 Nr. 3 Vol. 1 fol. 315.

Gedruckt in den Meßl. Jahrbüchern XVII S. 285 Nr. 20; Fabricius III Regeste 432b; Meßl. Urf.-Buch III S. 641 Nr. 2405 A; Perlbach, Pommerell. Urf.-Buch S. 490 Nr. 542 (Auszug).

1775.

1296 August 11. (tercio ydus Augusti) Stetyn.

Herzog Otto I. überträgt dem Augustiner-Convent zu Gobelenhagen das Eigenthum von Gobelenhagen, sowie der Dörfer Trestin, Falkenwalde und Mönkeberg zur Anlegung eines Klosters, ferner das Patronat der Kirchen zu Uedermünde, Siepgarten, Eggefin, Golnow, Sommersdorf und Belfow und den freien Gebrauch von drei großen Neßen im Hoff.

In nomine sancte et indi[ui]due<sup>1)</sup> trinitatis amen. Otto, dei gracia dux Slauorum, omnibus christifidelibus in perpetuum. Quoniam constituti sumus in partem sollicitudinis populi christiani ab eo, per quem reges regnant et principes optinent<sup>2)</sup> principatum, ad nostram pertinet dignitatem, vinee veri patrisfamilias operarios deputare, per quos decus et salus ecclesie augeatur et verbum doctrine et exemplum bone vite proficiat et luceat in seculo incessanter, vt<sup>3)</sup> quisque fidelis ab ipsis salubriter emendatus post portacionem ponderis diei et estus in remuneracionem recipiat denarium gaudii sempiterni. Quamobrem noscat reuerenda nacio presencium et discat felix successio futurorum, quod nos ob reuerenciam omnipotentis dei necnon intemerate virginis Marie, genitricis eiusdem, ac pro remedio salutari karissimi patris nostri, Barnym ducis, illustris principis, ac omnium nostrorum progenitorum dedimus et tytulo donacionis appropriauimus proprietatem indaginis, que vocatur Gobelenhaghen, et proprietatem ville Tristyn<sup>4)</sup> et proprietatem ville Valkenwolde, que olim Ranowe<sup>5)</sup> est nuncupata, et proprietatem ville Monekeberche<sup>6)</sup>, que olim Zidelowe<sup>7)</sup> est nominata, priori et fratribus sancti Victoris viuentibus secundum regulam beati Augustini ad habendum claustrum et cenobium et conuentum in indagine memorata. Sunt autem termini ville uel indaginis Gobelenhaghen<sup>8)</sup> videlicet a terminis opidi Pulizs vsque<sup>9)</sup> ad terminos ville Tristyn et metis ipsius donec ad metas ville Lezen, in alia autem parte Jazenicze<sup>10)</sup> versus<sup>11)</sup> mericam de terminis Koldenbekenhaghen<sup>12)</sup> vsque ad viam regiam, que ducit inter Stetyn et Vkermunde. Sunt autem termini ville Tristyn a terminis opidi Pulizs<sup>13)</sup> vsque ad terminos ville Hakelwerk<sup>14)</sup> et metis ipsius donec ad metas ville Lezen et ad metas ville Valkenwolde et ad metas ville Gobelenhaghen. Sunt autem termini ville Valkenwolde a terminis Lezen vsque ad viam regiam, que ducit de Stetyn Vkermunde, a parte riuli, qui dicitur Jazeniz<sup>15)</sup>, versus Stetyn. Sunt autem termini ville Monekeberghe<sup>16)</sup> in nemore, quod dicitur Zydelowe<sup>17)</sup>, ita quod in predicto nemore ex vera collacione habebunt predicti prior et sui confratres in monasterio Gobelenhaghen<sup>18)</sup> deo iugiter seruientes sexaginta mansos. Ipsas inquam villas prenominatas et omnia cum omnibus terminis eorum pretactis, cum pratis, pascuis, siluis, nemoribus, aquis, aquarum decursibus,

riuulis, fluminibus, stagnis, molendinis duobus constructis et aliis construendis, agris pariter cultis et incultis, vsuagiis, pedagiis, salinis, ferri[fodin]is<sup>19)</sup>, piscacionibus et vtilitatibus vniuersis, cum iudicio maiori et minori, cum cognicione cause et qualibet libertate, cum vsufruitibus et prouentibus vniuersis comprehensa infra terminos memoratos donauimus eisdem priori et fratribus in sempiternum feliciter et pacifice possidenda libera et exempta ab omni potestate et seruicio seculari, transferentes in ipsos omne ius, quod habuimus in bonis antedictis, ita plane vt<sup>20)</sup> ecclesia sepius memorata et persone suprascripte predictorum bonorum gaudeant perpetua libertate. Dedimus eciam et tytulo donacionis appropriauimus ipsi ecclesie et fratribus in Gobelenhaghen<sup>21)</sup> ius patronatus ecclesiarum videlicet ciuitatis Vkerkunde et ville Lypegor et ville Egezyn<sup>22)</sup> spectancium ad eandem et ius patronatus ecclesie Golnowe ciuitatis et ius patronatus ecclesiarum ville Somerstorp et ville Belkowe quiete et pacifice in perpetuum possidendum. Preterea contulimus sepedicte ecclesie et fratribus duas sagenas et terciam, quam dominus Gobelo miles ipsis resignauit, cum omni libertate piscandi in recenti mari per longum et latum ad vtrumque litus, vbi ipsis et suis piscatoribus videbitur expedire, in sempiternum possidendas pacifice et quiete, et dictas sagenas a solucione cuiuslibet pensionis et exaccionis<sup>23)</sup> liberas fecimus et exclusas. Nos igitur ob remuneracionem pii saluatoris ratas habentes donaciones seu collaciones et proprietates et omnia priuilegia predictis<sup>24)</sup> fratribus data a glorioso patre nostro Barnym, duce<sup>25)</sup> Slaorum felicis recordacionis, confirmamus inuolabiliter<sup>26)</sup> obseruari. Vt autem in hiis omnibus predictae ecclesie in Gobelenhaghen<sup>21)</sup> et fratribus ibidem deo famulantibus nulla calumpnia in posterum oriatur sed vt<sup>20)</sup> a nobis et a no<sup>8</sup>tris successoribus inconwlsa et inuolabilia<sup>27)</sup> perpetuis temporibus perseuerent, eisdem presens instrumentum inde confectum in firmam rei euidenciam cum sigilli nostri appensione duximus largiendum. Testimonium harum rerum faciunt dominus Hildebrandus prepositus Stetinensis et dominus Fredericus vicedominus canonicorum Caminensium, dominus Johannes prepositus Kolbergensis<sup>28)</sup>, dominus Conradus decanus Stetinensis, dominus Hinricus dictus Demyn plebanus in Warpia, dominus Bertoldus de Schenige, clerici, dominus Johannes comes de Guszekowe, dominus Stango, dominus Johannes de Bertecowe, dominus Johannes de Valzleue, dominus Hinricus de Rammyn, dominus Otto Traco, dominus Lucto, milites, et alii quam plures fidedigni. Datum Stetyn et actum ibidem per manum Johannis, curie nostre notarii, anno domini M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> nonagesimo sexto, tercio ydus Augusti.

Ueberschrift: Priuilegium de confirmatione bonorum ecclesie per dominum Ottonem.

1) indidue P I. P II. 2) obtinent P II. 3) ut P II. 4) Trystyn P II. 5) Sonst Tanowe genannt. 6) Moneberghe P I. 7) Zydolowe P II. 8) Ghobelenhachen P II. 9) usque P II. 10) Jazenisse P II. 11) uersus P II. 12) Koldenhaghen P I. 13) Pulizsse P II. 14) Hakelwerch P II. 15) Jazsnize P II. 16) Monekeberche P II. 17) Zidelowe P II. 18) Gobelenhachen P II. 19) ferri baberiis P I. P II. 20) ut P II. 21) Gobelenhagen P II. 22) Egezin P II. 23) exactionis P II. 24) dictis P I. 25) ducis P II. 26) inuolabiliter P II. 27) inuolabilia P II. 28) Colbergensis P II.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Safeniger Matritel P I Nr. 11, P II Nr. 1; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 891.

1776.

1296 September 9. (V idus Septembris) in Limpurg.

Adolf, König zu Deutschland, schreibt an Eduard I., König zu England, wegen der dem Heinrich Juge, Bürger zu Stralsund, aus der Rogge Wolfs von Berjon geraubten Güter.

Magnifico principi domino Edwardo regi Anglorum, domino Hybernie, Aquitanie duci, amico suo karissimo, Adolfus, dei gracia Romanorum rex, semper Augustus, prosperorum



gebawet, vnd auffwerts von der stadt (Reetz) an bis in das dorff Cremmin frey samt allen nutzungen vnd zuehörung. Da es inen auch also gelegen, mogen sie noch ein mühlen bawen vnd soll nimandt vorgunnett sein, zwischen gemeltter stadt vnd dem dorffe Cremmin (!) etwas zu erbawen, es geschehe dann mit des propsts vnd der aus dem closter gunst vnd bewilligung.

— — — — —

— — — — —

in gegenwartt vnd beysein vnserer rittern Johanne de olde, kriegesmen, Haszo, Zulis vnd Rudolphi, gebruder von Wedell, Johannes von Blanckenburg, Heinrich von Libenow vnd mehr andere rittern vnd viell glaubwürdige vnserere dinere. Actum vnd gegeben anno domini tausendtzweyhundert vnd im sechs vnd neunzigsten jare, am tage Dionysii vnd in des negst folgenden tagk.

Rgl. Geh. Staats-Archiv zu Berlin: Diekmanns Urk.-Sammlung fol. 36 Uebersetzung in einem Transsumt vom 16. August 1377.

Gebrücht bei Buchholz, Gesch. der Churmark, V Anhang S. 132; Nibel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 6 Nr. 6; Pletke, Regesta Neomarch. I S. 50.

1779.

A.

1296 October 9. (in die beatorum Dyonisii et sociorum eius) Rozstok.

Die Stadt Stralsund schließt mit den Städten Lübeck, Wismar, Rostock und Greifswald ein Bündniß bis Martini 1299.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel auditoris aduocatus, consules et commune ciuitatis Stralessundensis<sup>1)</sup> salutem in domino. Ad cuiuslibet noticiam tenore presencium volumus peruenire<sup>2)</sup>, quod nunciis ciuitatum videlicet Lubeke, Wismare, Rozstok, Gripeswolt et nostris<sup>3)</sup> ob bonum pacis et vtilitatem communium mercatorum cum pleno mandato congregatis deliberacione sufficienti prehabita tandem<sup>4)</sup> decreuimus cum eisdem, quod queuis<sup>5)</sup> ciuitatum predictarum alii fideliter debet assistere in prosecutione iuris sui<sup>6)</sup> nec casu aliquo deserere, siue hoc in terris siue in mari oportunum fuerit, pro modo vnamquamque respiciente, et super hijs inuicem confederationem firmam fecimus<sup>7)</sup> a festo beati Martini proximo<sup>8)</sup> ad triennium duraturam. Verum quia negotium arduum [et] quod plures respicit, plurium habet consilio regi et dirigi, ne inpetuose procedatur, arbitrandum duximus, quod nulla ciuitatum predictarum<sup>9)</sup> quicquam mouere debeat nec sine aliarum consilio et consensu genus gwerre aliquod inchoare, set si in parte minus iuste aliqua lesa fuerit, suas molestias ceteris indicabit ciuitatibus, que mox litteris suis et nunciis necnon modis aliis, quibus poterunt, laborabunt fideliter<sup>10)</sup>, si forte modo possint huiusmodi molestie amicabiliter<sup>11)</sup> retractari. Sin autem, ex tunc alie ciuitates<sup>12)</sup> ipsam inuabunt, ita quod ciuitas Lubicensis<sup>13)</sup> cum centum viris<sup>14)</sup> armis bene expeditis, Wismare cum triginta octo, Rozstok cum septuaginta, Gripeswolt<sup>15)</sup> cum triginta octo et nos cum quinquaginta, vt recompensacionem optineat sui dampni. Si vero<sup>16)</sup> negocium aliquod inchoatum expensis amplioribus indiguerit, ciuitatum predictarum<sup>17)</sup> quelibet secundum quantitatem et numerum armatorum prehabitu amplius faciet, donec finem negocii et iusticiam consequantur. Ceterum, si in causis huiusmodi ciuitatibus confederatis ad conueniendum terminus prefigitur, quecumque ipsarum sponte hunc terminum neglexerit vel si forte due neglexerint<sup>18)</sup>, quelibet earundem<sup>19)</sup> in penam centum<sup>20)</sup> marcarum denariorum Slaualium cadere debet, que summa debetur ciuitatibus, que seruauerint<sup>20\*)</sup> arbitrium prenotatum, nisi forte notorie docere possint et causas legitimas protendere<sup>21)</sup>, quod venire non potuerint<sup>22)</sup>

illa vice, causa magis ardua ipsarum propositum retardante. Si vero<sup>16)</sup> dictarum ciuitatum<sup>23)</sup> aliqua sponte a confederacione huiusmodi resiliret nec alijs assisteret modo prehabito secundum quantitatem ipsam respicientem, expensas, si quas alie ciuitates iuuando se inuicem facerent, deberet<sup>24)</sup> refundere et insuper in penam quingentarum marcarum argenti puri cadere eliminataque esse<sup>25)</sup> ab omni iure Lubicensi, quousque ciuitatibus satisfaceret<sup>26)</sup> de premissis. Ceterum si premissarum ciuitatum aliqua<sup>27)</sup> habens supra se dominum singularem<sup>18)</sup> et<sup>18)</sup> hereditarium ceteris ciuitatibus contra dominum proprium cum armatis subuenire et seruire non posset publice<sup>28)</sup>, cum pecunia saltem secundum quantitatem expensarum ipsam tangentem iuuabit reliquas et inculpabilis permanebit. Ne autem hoc factum rationabile inmutari valeat aut infringi, presens scriptum inde confectum sigillo ciuitatis nostre duximus muniendum<sup>29)</sup>. Actum et datum Rozstok<sup>18)</sup>, anno domini M.CC.LXXX<sup>30)</sup> sexto, in die beatorum Dyonisii et sociorum eius.

Siegel nebst Preßel abgerissen.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt im Lüb. Urk.-Buch I S. 586 Nr. 653 (3); vergl. Sartorius und Lappenberg unter Nr. 84; Fabricius III S. 102 Nr. 258; Hansareceffe I Nr. 74 (Regest); Hans. Urk.-Buch I S. 416 Nr. 1226 (Regest).

### B.

Gleichlautende Erklärung von Greifswald mit folgenden Abweichungen:

1) Gripesuult. 2) Notum esse uolumus et presenti instrumento publico recognoscimus protestando. 3) Lubeke, Rozstok, Wisnare, Stralessund et nostris. 4) tandem finaliter. 5) unaqueque. 6) sui iuris. 7) facimus. 8) a festo beati Martini nunc proximo. 9) premissarum. 10) fideliter laborabunt. 11) si forte tali via huiusmodi molestie possint amicabiliter. 12) ciuitates alie. 13) nur Lubeke. 14) uiris. 15) Stralessund cum quinquaginta et nos cum triginta octo vt. 16) uero. 17) dictarum. 18) Fehlt. 19) earum. 20) C. 21) Folgt: ad sui excusacionem. 22) poterant. 23) ciuitatum predictarum. 24) Folgt: ciuitatibus. 25) fore. 26) satisfecerit. 27) aliqua premissarum ciuitatum. 28) dominum suum cum armatis, vt super expressum est, publice subuenire et iuuare non posset. 29) confectum sigilli nostri munimine duximus roborandum. 30) M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup> sexto, in festo Dyonisii et sociorum eius martirum beatorum.

Das Siegel an der aus dem Pergament geschnittenen Preßel anhängend.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck. Ein zweites bis auf folgende zwei Varianten wörtlich gleichlautendes Original im Raths-Archiv zu Rostoc. 12) a festo Martini nunc proximo. 20\*) seruauerunt.

Gedruckt bei Sartorius und Lappenberg Nr. 84; H. N. v. Schröter, Beiträge zur Mecklenb. Geschichtskunde Bd. I. I. II. S. X; Lüb. Urk.-Buch I S. 885 Nr. 653 (1); Hansareceffe I Nr. 73 (Regest); Hans. Urk.-Buch I S. 415 Nr. 1224 (Regest).

### C.

Gleichlautende Erklärung von Rostoc.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt im Lüb. Urk.-Buch I S. 586 Nr. 653 (2); vgl. Sartorius und Lappenberg unter Nr. 84; Meckl. Urk.-Buch III Nr. 2414A; Hansareceffe I Nr. 75 (Regest); Hans. Urk.-Buch I S. 416 Nr. 1225 (Regest).

### D.

1296 Oktober 10. (feria quarta post festum Dyonisii) Rostoc.

Gleichlautende Erklärung Bismars mit geringen Abweichungen und folgendem Schluß:

Si vero dictarum ciuitatum aliqua sponte a confederatione huiusmodi resiliret, non aliis requisita assisteret modo prehabito secundum quantitatem ipsam respicientem, expensas, si

quas alie ciuitates iuuando se invicem facerent, deberet refundere et insuper in penam quingentarum marcarum puri argenti cadere elimitataque fore ab omni iure Lubicensi, quousque ciuitatibus satisfecerit de premissis. Ceterum si premissarum ciuitatum aliqua, habens super se dominum singularem et hereditarium, ceteris ciuitatibus contra dominum proprium cum armis, ut expressum est supra, subuenire et seruire non posset publice, cum pecunia saltem secundum quantitatem expensarum (!) ipsam tangentem iuuabit reliquas et inculpabilis permanebit. Ne autem factum hoc rationabile inmutari valeat aut infringi, presens scriptum, inde confectum, sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum Rostoc anno domini M.CC.LXXXVI., feria quarta post festum Dyonisii.

Das Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt im Lüb. Urf.-Buch I S. 586 Nr. 653 (4); Meff. Urf.-Buch III Nr. 2414 B; Hansareceffe I Nr. 76 (Regeft); Hanfisches Urf.-Buch I S. 416 Nr. 1227 (Regeft).

1780.

1296 October 28. (in die beatorum apostolorum Symonis et Jude) in ciuitate Stetinensi.

Das Nonnenkloster zu Stettin bezeugt, daß Johann Junge nebst seiner Frau Adelheid und seinem Bruder Gottfried die Einkünfte von vier Hufen und zwei Scheffel aus dem Dorfe Prizlow, darunter 10 Scheffel aus der Mühle daselbst, an Johann Schele den älteren, Bürger zu Stettin, verkauft hat, und befehlt letzteren nebst dessen Erben mit diesen Einkünften.

In nomine domini amen. Johannes, dei gratia prepositus, Gerthrudis, diuina miseratione abbatissa, totusque co[n]uentus<sup>1)</sup> sanctimonialium ante ciuitatem Stetin residencium omnibus christifidelibus auditoris presentem litteram et visuris suarum orationum suffragia perpetua cum salute. Quoniam acta hominum, que sub defluenti tempore ordinantur, ne simul cum temporum momentis transeant in obliuionem, que est mater altercationum et errorum, necessarium est et expediens, vt scriptis autenticis et testibus ueridicis adeo roboventur, vt querentes, que sua non sunt, in eis non inueniant locum malignandi. Huius rei causa notum esse cupimus nationibus presentibus et futuris, quod Johannes Iuuenis, suus frater Gotfridus, et domina Alheydis, vxor dicti Johannis Iuuenis, uendiderunt coram nobis publice resignando dilecto et fideli amico nostro Johanni seniori Lusco, cui in Stetin, quatuor mansorum redditus et duos modios in villa Prizalw cum omni iure et vtilitate aduocatie, prefecture, juris patronatus ecclesie, taberne, stangui, et de hiis dictis redditibus decem modios in molendino, et omnium aliorum, pro ut idem Johannes et suus frater Gotfridus in predicta villa notorie habuerunt et possederunt. Preterea nos omnes recognoscimus, consensu nostri conuentus vnanimi accedente, quod nos prefato Johanni seniori Lusco et sue vxori domine Gerthrudi, nostre speciali amice, ac omnibus eorum filiis legitime genitis et ginguendis (!) contulimus coniu[n]cta<sup>2)</sup> manu prehabita bona in uerum pheodum et legale, ab omni exactione et seruicio ex parte nostre ecclesie perpetualiter libera et exempta. Similiter profitemur, nos contulisse eadem bona omnibus eorum legitimis filiabus natis et nascituris in uerum dotalicium ad tempora uite sue feliciter possidenda, hac condicione interposita, si alique puellule Johannis Lusci filie existentes fuerint non maritate, tunc tantummodo super illas deuoluentur bona sepius ante fata, post hec autem super suas filias elocatas in uerum dotalicium possidenda, ita condicionaliter, si non sit heres masculus, super quem prefata bona secundum juris tramitem

deuoluantur. Vt autem hec omnia prenotata a nobis et a nostris successoribus inuiolabiliter obseruentur, nos presens scriptum desuper confectum et nostrorum sigillorum appensionibus communitum domino Johanni Lusco sueque vxori domine Gerthrudi in euidentis testimonium et munimen omnium predictorum duximus largiendum. Testes huius rei sunt Petrus de Brakel, Johannes de Brakel, Heinricus prefectus, Thidericus frater suus, Johannes Wosowe, Fredericus Albus, Johannes Gropeke et alii quam plures fide digni. Actum et datum anno domini M.CC nonogesimo (!) sexto, in die beatorum apostolorum Symonis et Jude, in ciuitate Stetinensi.

Auf der Rückseite die alte Registratur: de villa Prisslow.

<sup>1)</sup> conentus. Original. <sup>2)</sup> coniueta. Original.

An gelb- und rothseidenen Fäden das Klosteriegel, im Siegelfelde Maria mit dem Kinde, an jeder Seite ein Engel mit einem Weihrauchgefäß; unten von einem dreigetheilten Bogen überdeckt vier anbetende knieende Gestalten mit der Umschrift: S . . . ntv s . monialium ecce see Marie i Stetin. An grün- und rothseidenen Fäden das Siegel der Aebtissin, im Siegelfelde die Aebtissin auf einem Sessel, in der linken Hand ein Buch, in der rechten den Aeb- tissinnenstab, mit der Umschrift: Sigillvm abbatisse in Stetin. Für ein drittes Siegel nur die Einschnitte im Buge.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Stadt Stettin Nr. 13.

## 1781.

1296 November 13. (feria tertia proxima post festum beati Martini episcopi).

Nikolaus, Fürst zu Werle, verkauft mit Zustimmung seiner Brüder Günther und Johann und seiner Mutter Sophie dem Kloster Michelstein das Eigenthum des Dorfes Glevin mit dem niederen Gericht und dem dritten Theil des höchsten Gerichts.

. . . . . Testes huius rei sunt venerabilis dominus Arnoldus abbas Noui Campi, domini milites Johannes et Bernardus de Belin, Heinricus <sup>1)</sup> Scade aduocatus in Warne, Ludolfus et Hartmannus de Oldenborch, Godscalcus <sup>2)</sup>, Johannes de Goldstede <sup>3)</sup>, Wlfgir aduocatus <sup>4)</sup> in <sup>4)</sup> Gustrowe <sup>4)</sup>, Conradus Buno, Mathyas Ketelhot, Nycolaus Gallus, Machorius de Cena <sup>5)</sup>, Mychael <sup>6)</sup>, Wluinc <sup>7)</sup>, Bernardus de Belin, famuli, et multi alii fide digni. Datum anno domini M.CC.LXXXVI <sup>8)</sup>, feria tertia proxima <sup>4)</sup> post festum beati Martini episcopi.

<sup>1)</sup> Henricus G 2. <sup>2)</sup> Gotscalcus G 2. <sup>3)</sup> Goltstede G 2. <sup>4)</sup> Fehst G 2. <sup>5)</sup> Scene G 2. <sup>6)</sup> Michael G 2. <sup>7)</sup> Wlfainc G 2. <sup>8)</sup> nonagesimo VI. G 2.

Siegel an rother und gelber Seide anhängend.

Original-Ausfertigung im Stadt-Archiv zu Güstrow (G 1), eine zweite Original-Ausfertigung mit Siegel an rother Seide ebendasselbst (G 2).

Gedruckt bei Bish, Hahn, Urf. I B S. 172; Meff. Jahrbücher XII S. 320; Meff. Urf.-Buch III S. 649 Nr. 2417.

## 1782.

1296 November 21. (in vigilia beate Cecilie virginis) Syradz.

Mladislaus, Herzog des Reiches Polen und zu Pommerellen etc., erlaubt dem Nikolaus Sertor, am Flusse Bellegrad eine Mühle zu erbauen.

testibus comite Swencza palatino Gdanensi, comite Crysano tezaurario Bellegardensi, comite



Metzka subcamerario Slupensi. Datum et actum Syradz, anno domini M.CC. nonagesimo (!) sexto, in vigilia beate Cecilie virginis.

Rgl. Staats-Archiv zu Königsberg: Original s. r. Schubl. LV Nr. 72, Abschrift ebendas. im Folianten A 100 (Cod. Oliv.) S. 215 Nr. 130.

Gedruckt bei Berlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 492 Nr. 546.

1783.

1296 Dezember 6. (in solempnitate festiuitatis beati Nicolai episcopi et confessoris)

Gripeswold.

Herzog Bogislaw IV. befreit die Stadt Greifswald von der Heeresfolge, verspricht ihr, keinen Hof in der Stadt und keine Befestigung zwischen der Peene und dem Meere anzulegen, und verleiht ihr das Wasser von der Peene bis zum Ruden und vom Ludwigsburger Hafen bis zum Rhd mit der Fischerei.

In nomine domini amen. Bughuzlaus, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris uel auditoris in perpetuum. Ne acta nobilium dominorum in sempiternum mansura cum processu temporis a memoria hominum euanescant, discretorum prouidencia solet ea testibus ydoneis ac documentis legitimis adeo confirmare, quod in eis in posterum precludatur omnis occasio malignandi. Quamobrem notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos intuentes multimoda beneficia nobis per dilectos ac fideles nostros consules et burgenses ciuitatis nostre Gripeswold benigne exhibita et impensa, ipsis dedimus et donacionis titulo appropriauimus has prerogatiuas et gracios speciales, uidelicet, quod quandocumque et quocienscumque nos nostrosque heredes et successores gwerras habere contingerit, extunc dicti nostri consules et burgenses nostre ciuitatis Gripeswold, licet per nos fuerint instanter requisiti, non debeant nos usquam extra ipsam ciuitatem remocius sequi cum aliquibus armatis nec cum aliquo alio iuuamine quocumque, nisi solum, vbi murus terminatur, pro defensione nostre ciuitatis, et super hoc ipsi per nos et nostros heredes ac successores nullatenus debebunt amplius aggrauari. Insuper conuenimus taliter cum prefatis consulibus et communitati ciuitatis nostre Gripeswold et ipsi vna nobiscum conuenerunt, quod nos, nostri heredes et successores intra muros eiusdem ciuitatis nunquam aliquam curiam propriam habere nec emere uel facere edificari pro nostra mansione seu commodo speciali debeamus. Preterea in dominio nostro intra fluuium Penam et salsum mare nusquam in terra in aliquo loco quocumque nec usquam in littoribus uel portibus earundem aquarum per nos, nostros heredes et successores neque per nostros vasallos aut alios quoscumque, castrum aliquod uel propugnaculum siue municio construi et edificari debet, sed uidelicet hi portus et littora dictarum aquarum necnon terra nostra intra easdem aquas debent eisdem consulibus et burgensibus nostris omnibus intrantibus et exeuntibus perpetualiter libera permanere. Verum si aliquis nostrorum vasallorum uel alius quicumque littora seu portus dictarum aquarum uel terram nostram intra ipsas aquas per structuram castri uel propugnaculi siue municionis, ut premititur, presumpserit coartare, quod uulgariter vorbuwen nuncupatur, quidquid extunc consules et vniuersitas dicte nostre ciuitatis Gripeswold pro destructione seu confractione huiusmodi castri uel propugnaculi aut municionis attemptauerint uel duxerint attemptandum, in hoc facto nos, nostri heredes et successores ipsis astabimus cum effectu, ita uidelicet, quod eos ab omnibus indignacionibus et inimiciis, si quas exinde incurrerint, reddere solutos et indempnes eripere volumus et tenebimur nostris sumptibus et expensis. Ceterum prenotatis

nostris consulibus et communitati ciuitatis nostre Gripeswold eciam aquam salsi maris intra fluuium dictum Penam et portum dictum Ruden, et ab eodem fluuio scilicet Pena et ab ipso portu Ruden per descensum usque ad Dersehoued et vterius a Dersehoued usque in fluuium dictum Ryk, cum piscatura et omnibus suis vtilitatibus ac libertatibus, necnon in eadem aqua et ipsius aque littoribus, omne ius summum et ymum, videlicet in collum et in manum et mireris iustitie vtilitatem, sicut ad nos et nostros progenitores pertinebant, contulimus et iure donacionis appropriauimus et perpetuo appropriamus in his scriptis. Vt autem omnia premissa et quodlibet premissorum per nos, nostros heredes et successores irreuocabiler et illesa perpetuis temporibus obseruentur, presens scriptum inde confectum dari iussimus nostri sigilli munimine fideliter roboratum. Nomina testium, qui premissis aderant, hec sunt: Reymarus de Wacholte, Johannes de Heydebrake, Hermannus Draco marscalcus, Wnoldus de Belowe, Nieland, Johannes de Kemeniz, Thidericus de Winteruelt et plures alii fide digni. Actum et datum Gripeswold, anno domini M.CC.XC sexto, in solempnitate festiuitatis beati Nicolai episcopi et confessoris.

Ueberschrift in rother Farbe: In isto priuilegio continentur quedam prerogatiue et gracie speciales, quas dominus dux Bughuzlaus, aws inclitorum dominorum nostrorum ducum, dominorum Bughuzlai, Barnym et Wartyzlai dedit et tytulo donacionis appropriauit consulibus et communitati ciuitatis Gripeswold et patent in legendo priuilegio.

Stadt-Archiv zu Greifswald: Copiar. Gr. fol. 19<sup>v</sup>—20<sup>v</sup> (14. Jahrhundert); Niederdeutsche Uebersetzung fol. 38<sup>v</sup>.

Gebruckt bei Dähnert, Pomm. Biblioth. IV S. 10; Dähnert, Sammlung, Suppl. I S. 1157; Pfl, Gesch. des Nl. Eldena S. 617 (Regest).

Die Niederdeutsche Uebersetzung, welche gleichfalls dem 14. Jahrhundert angehört, habe ich geglaubt, hier auch abdrucken zu sollen, einmal da Uebersetzungen aus dieser Zeit doch nur selten sind und andererseits später im Urkundenbuche keine passende Stelle für den Abdruck sich finden würde. Sie lautet folgendermaßen:

In deme namen des heren, amen. Bughuzlaus van der gnade gades herthoghe der Wende vnde der Cassuben, allen Cristi truwen, de desse scrift werden sinde edder horende, to eweghen tyden, vppe dat de daet der eddelen heren, dede bliuende werden to eweghen tyden, myt der vorkenknitze der tyd van der dachtnitze der lude nycht vorga<sup>n</sup>, zo plecht de vorsychtigheit der bescheydenen lude de daet der heren myd nugastighen tughen vnde myt rechtverdighen bewysynghen also to bevestynghende, dat in en hir namals werde vorslaten alle sake bosliken tho dunde. Hir vmme wille wy, dat witlik sy dessen jeghenwardighen luden vnde den, dede tokamende synt, dat wy hebben angheseen mennychuolde woldat, dede vns vormydelst vnsen leuen vnde truwen ratluden vnde borgheren vnser stad Gripeswolde woldadichliken synt bewiset vnde angherecht, em hebben ghegheuen vnde an ener wise ener ghift hebben eghen ghemaken desse ghunst vnde sunderghe gnaden, also dat desse vorbenomede vnse ratlude vnde borghere vnser stad Gripeswolde, wanner vnde wouakene (wy)<sup>1</sup> vnsen erfnamen edder nakomelinghe krych schu<sup>t</sup> tho hebbende, denne wol dat se van vns vaste werden gheeschet, vns nycht in jenyghe stede buten de stad vurder scholen navolghen myt jenygherleye wapen edder myt jenygherleye andere hulpe, se were welk se were, sunder allene also verne, dar de mure keret, vmme beschermynghen willen vnser stad, vnde dar vp scholen se vormydelst vns, vnsen eruen vnde nakomelynghen nynerleye wis vurder werden beswaret. Vortmer so hebbe wy enghedreghen also myd den suluen vorbenomeden ratluden vnde menheyt vnser stad Gripeswold, vnde se hebben enghedreghen myt vns, dat wy, vnse eruen vnde nakomelynghen bynnen der mure der suluen stad nummermer enen eghenen hoff hebben, ok nycht kopen edder buen

laten scholen vmme vnser wanynghe edder sundergher bequemycheid willen. Bouen de dynghe so schal in vnser herscop tuschen deme vlete, dat dar gheheten is de Pene, vnde deme solten mere nerne in deme lande in ener stede, dat were, wor id were, ok nerne in den stranden edder hauenen der suluen watere vormytdels vns, vnde vnser nakomelynghe, ok nycht vormydelst vnser guden luden edder welken anderen, se weren we se weren, jenyghe berchvrede edder veste werden tosamende ghebrocht edder ghebuuet. Man desse dynghe also hauene vnde strande desser vorbenomeden wateren vnde ok vnse lant tuschen den suluen wateren scholen den vorbenomeden ratluden vnde vnser borgheren vnde allen, de dar vt vnde yn tén, ewechliken vry blyuen, vnde wert dat wellek vnser ghuden lude, edder en ander, he were, we he were, de strende edder de hauene der vorbenomeden wateren edder vnse land tuschen den wateren vormydelst vorbuwynghe enes slates edder enes berchfredes edder veste, also vorghesecht is, begunde to vorbuwende, wat denne de rad vnde menheyt vnser vorbenomeden stad Gripeswold vmme de vorstoringhe edder tobrekinghe wyllen alsodanes slates, berchvredes edder veste anheuen to dunde edder deden in der daet, so wylle wy, vnse erfnamen vnde nakomelynghe em bystendich wesen myd der daet, also dat ze van allen vnwerdicheyden vnde vyenscoppen, efte se dar aff in welke vnwerdicheid edder vyentscop villen, willen vnde sint pleghe to holdende quyt vnde vry vnde schadeloes vnder vnser kosten vnde terynghe. Vortmer zo hebbe wy vnser radluden vorbenomet vnde menheyden vnser stad Gripeswold ok ghegeuen vnde eghenghemaket in der wise ener ghift vnde noch eghen maken to ewyghen tyden in desser scrift dat water des solten meres tuschen deme vlete, dat dar ghenomet is de Pene vnde der hauene, gheheten Ruden, vnde van deme suluen vlete Pena vnde van der hauene Ruden vort dale to gande bet to Derssehouede vnde vort an van Derssehouede bet in dat vlet gheheten dat Rick, myd vischerye vnde myt alle eren nuttycheyden vnde vriheyden vnde ok in deme suluen wateren vnde des waters strenden alle recht, dat hogheste vnde dat sideste in hals vnde in hant vnde myt nuttycheiden vnde vryheyden des mynsten rechtens, also de dynk to vns vnde vnser olderen hebben ghehort. Vp dat alle desse vorbenomeden stukke vnde eyn jewelik erer vormydelst vns, vnser eruen vnde nakomelynghe vnwederropelik vnde vngheseryghet to eweghen tyden werden gheholden, zo hebbe wi desse scrift, de dar aff is ghemaket, heten gheuen, dede truwelken bevestet is myt der beuostinghe vnser ingheseghels. Namen der tughe, de dessen dynghe hebben bygheweset, sint: Reymarus van Wacholt, Johannes van Heydebrake, Hermannus Drako marscalcus, Wulffolndus van Below, Nieland, Johannes van Kemenitzen, Tydericus van Wintervelt, vnde vele mer andere louenwerdighe. Gheschen vnde ghegheuen sint desse dinghe tome Gripeswolde, in deme iare gades MCC<sup>o</sup>XCVI, in der werdicheit sunte Nicolaus, biscoopes vnde bichteghers.

1) Statt „wy“ ist wohl „uns“ zu setzen. Der Schreiber schrieb „unse ername“ dann ist corrigirt „unser ernamen“, aber vergessen „wy“ in „uns“ zu verwandeln. Die lateinische Ausfertigung hat ja „nos contingerit.“

1784.

1296 Dezember 6. (in die sancti Nicolai confessoris atque pontificis) Luneborch.

A.

Die Rathmannen zu Büneburg bezeugen, daß nach Erklärung des Abtes Arnold sein Kloster Neuenkamp eine halbe Salzpfanne aus dem Salzfaßen „Unter-Drentsinghe“ zu Büneburg an das Kloster Dobberan gegen dessen Mühle vor der Stadt Blau vertauscht hat.

Nos consules ciuitatis Luneborch Johannes<sup>1)</sup> de Melbeke, Thidericus<sup>2)</sup> Zabel, Vredewardus, Andreas Adheloldus<sup>3)</sup>, Nicolaus<sup>4)</sup> de Molendino, Thidericus Volcmari, Johannes Bene<sup>5)</sup>, Jo-

hannes Albus, Hartwicus Volcmari, Thidericus de Cunis, Albertus Hollo<sup>6)</sup> iunior tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod venerabilis dominus Arnoldus, abbas in Nouo Campo<sup>7)</sup>, venit ad nostram presentiam recognoscens manifeste, se vnanimi consilio et consensu conuentus sui super<sup>8)</sup> dimidia sartagine libera cum suo dominio libero habitis apud nos in salina Luneborch in domo, que vocatur inferior Drentsinghe, ad sinistram manum, cum itur in ipsam domum, in sartagine, que gynchpanne wlgariter nuncupatur, permutacionem inisse cum venerabili domino Johanne, abbate in Doberan, ac suo conuentu pro molendino suo habito ac sito extra ciuitatem Plawe, ita ut prehabita dimidia sartago cum suo dominio cedat ecclesie et conuentui in Doberan, memoratum vero molendinum cedat ecclesie et conuentui in Nouo Campo ordine econuerso, libere ac iure perpetuo possidenda utraque bona ab angariis, exactionibus et petitionibus quibuslibet libera penitus et exempta. In premissis permutacionis euidentiam testimonii plenior presentem litteram prenominato domino Arnoldo in Nouo Campo et<sup>9)</sup> suo conuentui sigillo nostre ciuitatis dedimus insignitam. Datum Luneborch<sup>10)</sup>, anno domini M<sup>CC</sup>.LXXXVI, in die sancti Nicolai<sup>11)</sup> confessoris atque pontificis.

Ueberschrift: De F sartagine, quam habet ecclesia Doberanensis (!).

<sup>1)</sup> Die Zahlen beziehen sich auf die Lesarten von B.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Abschrift des 14. Jahrhunderts auf Pergament s. r. Nl. Hiddensee Nr. 66; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 893 a.

Regest bei Fabricius III S. 67 Nr. 434.

#### B.

Eine mit A gleichlautende Erklärung betreffs Johanns, Abtes zu Doberan, hat folgende Varianten:

<sup>1)</sup> Johanns. <sup>2)</sup> Thidericus. <sup>3)</sup> Adeloldus. <sup>4)</sup> Nyeolaus. <sup>5)</sup> Beue. <sup>6)</sup> Holle. <sup>7)</sup> Johannes abbas in Doberan. <sup>8)</sup> super molendino suo habito ac sito extra ciuitatem Plawe permutacionem inisse cum venerabili domino Arnoldo abbate in Nouo Campo ac suo conuentu pro dimidia sartagine libera apud nos habita cum suo dominio libero in salina Luneborch in domo, que vocatur Derntsinghe, ad sinistram manum, cum itur in ipsam domum, in sartagine, que gungpanne wlgariter nuncupatur, ita ut prehabitu molendinum cedat ecclesie et conuentui in Nouo Campo, memorata vero dimidia sartago cum suo dominio cedat ecclesie et conuentui in Doberan ordine econuerso. <sup>9)</sup> Johanni abbati in Doberan ac. <sup>10)</sup> Luneburg. <sup>11)</sup> Nyeolai.

Ueberschrift: Confirmatio consulum cinitatis Luneborch super permutacione prelibata.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Dipl. Doberan. fol. CXXI.

Gedruckt bei v. Westphalen, Monum. ined. III p. 1549; Meßl. Urk.-Buch III S. 651 Nr. 2419.

#### 1785.

1296 Dezember 9. (in proxima die dominica post festum sancti Nyeolai episcopi) Colberg.

Der Rath zu Colberg bezeugt, daß Ulrich, Pfarrer und Verwalter des Klosters Doberan zu Dorf, sich für seine Bauern zu Gr. und Nl. Jestin mit Nifolaus von Jestin verglichen hat.

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis consulum in Colberg vniuersitas salutem in Ihesu Christo. Sepius elabatur a memoria, quod nec scriptis nec uiua voce testium fuerit eternatum. Qua propter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, inito domini Frederici militis de Beuenhusen pariter et discretorum nostrorum burgensium consilio maturo, dominus et frater Olricus, ordinis Cysterçiensis, plebanus in Borke et ville prouisor, amicabilem inuit compositionem et concordie sonam, ex parte suorum rusticorum vel ciuium

in hiis duabus villis, scilicet antiquo et magno, nouo et paruo Yestin commorantium, cum Nycolao dicto de Yestin, talem videlicet, quod idem frater Olricus pro omni dampno, quod prefati ciues et rustici eidem Nycolao in suis commiserant et fecerant frugum messibus et annona, vnam vestem duplicem et tunicam simplicem et marcas denariorum sex, sed Reymaro de Indagine, eiusdem Nycolai sororem habenti, vnam tunicam simplicem, quam sibi dominus et frater Arnoldus et frater Theodericus promiserant, erogabat; et ita inter prefatos villarum incolas et similiter prenotatum fratrem Olricum et suam ecclesiam ex vna et inter supra dictum Nycolaum parte de altera facta est causa sopita et ex toto terminata. Pro hac autem concordia et causa, que lentsake dicitur in communi, parte ex vtraque firmiter et perpetuo tenenda fideiusserunt hii, scilicet ipse Nycolaus et prefatus Reymarus, habens eiusdem sororem, et Theodericus Bese de Indagine, manu iuncta. In cuius rei testimonium patens presens scriptum nostre ciuitatis signo cum appensione sigilli domini Frederici de Beuenhusen roboramus. Acta sunt hec Colberg, anno domini M<sup>CC</sup> nonagesimo sexto, in proxima die dominica post festum sancti Nycolai episcopi, per manum Amelungi.

Ueberschrift: Confirmatio ciuitatis Colberge super quadam compositione rusticorum in Jezstin.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar. Doberan. fol. CXII<sup>v</sup>.

Gedruckt bei v. Westphalen, Monum. ined. III S. 1550; Meßl. Urf.-Buch III S. 652 Nr. 2420.

1786.

1296 Dezember 17. (proxima secunda feria ante Thome apostoli) Stolp.

Der Ritter Heinrich Wuffesen verzichtet zu Gunsten des Klosters Stolp auf das Patronat der Kirche zu Wuffesen.

Henricus dictus Wsceke miles omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenit, salutem in domino. Notum facimus vniuersis tam presentibus quam futuris tenere presencium protestantes, quod nos pro salute anime nostre et parentum nostrorum liti, que inter nos et venerabilem patrem dominum Radolfum, abbatem in Stolp, ac suum conuentum ibidem super ecclesia in Wsceken pro iure eandem ecclesiam conferendi mouebatur, omnino cessimus et renuntiantes nomine nostro ac heredum nostrorum presencium et futurorum in perpetuum iuri, si quod nobis competebat aut competere poterat in dicta ecclesia Wsceken, quoquo modo ad manus reuerendi patris domini Radolfi abbatis et sui monasterii in Stolp manifeste absque obscuritate qualibet iuris et verborum resignauimus in hunc modum, ita videlicet quod monasterium Stolpense et abbas, quicumque fuerit, tamquam patroni ac veri domini in temporalibus et spiritualibus de cetero, dictam ecclesiam in Wsceken cum omnibus ad ipsam pertinentibus absque contradictione nostra parentumque nostrorum sev heredum nostrorum conferendi, et omnia alia faciendi, que in nos cadere potuissent, si victores in dicta ecclesia per litem iuris facti fuisset, plenariam habeant potestatem. Super quo ne alicui dubium oriatur, nos dictus Henricus Wsceken miles presentem cartulam conscribi fecimus et eam sigillo nostro et sigillo domini Johannis de Bertecow militis fecimus roborari. Testes huius rei sunt dominus Johannes plebanus in Lassin, dominus Conradus vice prepositus in Grypeswald, dominus Henricus de Molendino plebanus ecclesie sancte Marie in Tanclem, dominus Henricus perpetuus vicarius ecclesie in Cyten, clerici, dominus Johannes de Bertecow miles et sui fratres Theodericus clericus (?), Fredericus, Albertus, Gerhardus et alii multi fide

[digni]<sup>2</sup>) et honesti. Datum et actum Stolp, anno domini M.CC.XC. sexto, proxima secunda feria ante Thome apostoli.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De ecclesia Woceken.

<sup>1</sup>) Im Original an dieser Stelle ein Bruch, Dreger liest offenbar irrtümlich: Andreas. <sup>2</sup>) Fehlt im Original.

Die beiden Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. N. Stolp Nr. 24; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 892<sup>a</sup>.

1787.

1296.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, gestattet dem Kloster Hiddensee, mit zwei großen Netzen in den die Insel Zingst umgebenden Gewässern zu fischen.

Uniuersis Christi fidelibus presencia inspecturis Wizlaus, dei gracia princeps Ruyanorum, salutem in domino sempiternam. Notum esse uolumus presentibus et futuris, quod nos domino abbati et conuentui abbacie sancti Nycolai in Hyddense, Cysterciensis ordinis, donauimus pure propter deum, quod in aqua in circuitu insule Cyngst duabus sagenis, que ulgo dicuntur waden, libere piscari poterunt, prout ipsorum placuerit voluntati. In cuius rei perpetuam firmitatem hanc cedula nostro sigillo fecimus communiri. Testes huius rei sunt domini milites Reynfridus de Peniz, Johannes Morderus, Heynricus de Ost et Bertoldus, frater suus marscalcus noster, Heynricus de Vicen et Arnoldus de Vicen frater suus, Johannes de Ost, Ernestus Buddo, Johannes plebanus de Stekeborch, noster tabellio et cappellanus, et alii quam plurimi fide digni. Datum anno gracia M.CC.LXXX.VI.

Auf der Rückseite die gleichzeitige Registratur: Priuilegium, quod nobis licet piscari duabus sagenis in circuitu insule Cyngst.

An den gelb- und rothseidenen Fäden noch schwache Spuren des grünen Siegels.

Original im Rgl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. N. Hiddensee Nr. 1, Abschrift des 14. Jahrhunderts N. Hiddensee Nr. 67; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 894; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Nlempkens Extract zc. fol. 61 v.

Gedruckt bei Fabricius III S. 103 Nr. 259.

1788.

1296.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, verkauft mit Zustimmung seiner Söhne Wizlaw III. und Sambor dem Dobermoyzle das Dorf Teghudarzicze und drei anliegende Hafenhufen für 25 Mark.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Wyzlaus, dei gratia princeps Ruyanorum, salutem in omnium salutari. Vt acta hominum ad longeuam reducantur memoriam, pro eo congruit ea testibus ydoneis et scriptis autenticis perhennari. Hinc est, quod nos tenore presencium publice protestamur, quod nos de libero assensu nostrorum filiorum dilectorum, domini Wyzlai atque Sambori, vendidimus Dobermoyzle necnon suis heredibus ab eo legitime nascituris <sup>1</sup>) [hereditatem ville Teghudarzicze <sup>2</sup>) atque trium vncorum dicte ville adiacentium pro XXV marcis monete perpetuo libere possidendos, ita tamen quod nobis aut heredibus singulis annis partim in festo Martini et in festo Nicolai VI marcas denariorum idem

[Do]bromeisle<sup>3)</sup> aut sui heredes erogabunt. Item dabit nobis de pensione laterum carnum, quam possidet iure knesitz, viginti et octauum dimidium solidum].

Ueberschrift: Super villam Teghudarzieze.

<sup>1)</sup> Bis hierhin in der Matrikel. <sup>2)</sup> Nach der Ueberschrift. Bei Husen steht: Techgodarsitze. <sup>3)</sup> Bei Husen Bromeisle.

Matrikel des Jungfernklosters zu Bergen fol. 17<sup>v</sup> Nr. 25 (unvollständig); Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Husensches Regest, (aus welchem das Eingeklammerte ergänzt ist), in der Loeperschen Bibliothek Mscr. 214 fol. 2.

Gedruckt bei Fabricius III S. 98 Nr. 253 (ohne das Husensche Regest).

## 1789.

1297 Januar 1. (ipso die Circumcisionis domini Jhesu Christi).

Nikolaus Borke, Herr zu Sabes, verpfändet mit Zustimmung seines Oheims Borke dem Nonnenkloster zu Cöslin sein Dorf Simoigel für 83 Mark.

Uniuersis, ad quos presens cartula uenerit, N. Borke, domicellus in Lobese, quidquid poterit, iocundius adoptari. Quoniam antiquitas mater est obliuionis et obliuio in errorem disensionemque peruenit et procurrit, nisi ea quoque, que aguntur in tempore, litteralibus stabilita fuerint argumentis aut dictis testium solidata labuntur temporis cum processu, iuxta illud: Passibus ambiguis fortuna volubilis errat. Hinc est, quod ego N. Borke motus iusto debito, de communi consilio mei patruelis Borkonis et consensu, domino N. preposito et sanctimonialibus in Kusselin bona mea feodalia in uilla Cemoyzle obligo presentibus confitendo pro octoginta et tribus marcis vsualis monete, quas dominabus cominus recitatis teneor iusto debito, sub hac forma, quod de taxatis bonis nullum prorsus denarium per me seu per nuncium meum quempiam exagitem extorquendo, donec sepedictarum sanctimonialium procurator annuali pensione de questu tributorum atque decimarum pecuniam a dictis bonis exhaustam memoratam; qua ex integro sublata, bona eadem ad meam redibunt pristinam libertatem. Super quo presentem conscribi iussi litteram sub munimine sigilli mei patentem, ne quempiam huius facti ambiguitas circumuoluat. Testes huius rei sunt dominus O. comes vir nobilis de Euerstene, Nacemarus et frater eius Grimmus, armigeri, et alii quam plurimi fide digni. Datum et actum anno domini M.CC.XCVII, ipso die Circumcisionis domini nostri Jhesu Christi.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De bonis pheodalibus ville Cymoyzel.

Das erste Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen, das zweite Siegel fehlt nebst dem Pergamentstreifen.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Kl. Cöslin Nr. 12; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 904; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur III (1297) Nr. 3.

## 1790.

1297 Januar 8. (VI. idus Januarii, tertia feria post Epiphaniam).

Die Herzogin Mechtild, Wittwe Herzog Barnims I., verleiht der Stadt Garz a. D. das Eigenthum des Dorfes Mescherin, frei von Bede und Abgabe, so wie es früher Rudolf von Mörhringen besessen.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Nos Mechildis, dei gratia ducissa Slauorum, uniuersis Christi fidelibus hoc privilegium auditoris robur perpetuae firmitatis. Cum status humanae conditionis existat per omnia dubius et incertus, expedit ut ea, quae a sa-

pientibus aguntur, linguis testium, ne in obliuionem decidant, quae mater<sup>1)</sup> est erroris, et scripturis cautius perhennentur. Nouer[unt]<sup>2)</sup> igitur tam posteri quam praesentes, quod nos motu voluntario dilectis burgensibus nostris<sup>3)</sup> Gardz, intuentes eorum constantiam, labores pariter et expensas, dedimus proprietatem villae Mescherin<sup>4)</sup> cum omni iure, ut Rudolphus de Moringhe<sup>5)</sup> antea in ipsa villa habuit et possedit, in agris cultis et colendis, in pascuis et in lignis, adijcientes<sup>6)</sup> praemissis, ut neque ad precariam neque ad exactionem aliam quamlibet teneantur. Vt igitur haec donatio nostra tam rite facta perpetuis temporibus perseueret, dedimus eisdem burgensibus praesentem literam hinc inde confectam nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius donationis sunt Rodolphus de Oest, dominus Stangho, dominus Conradus Elsholt<sup>7)</sup> aduocatus, Voltzeko<sup>8)</sup> dominus, milites uiri prouidi et discreti. Acta sunt haec anno incarnationis domini M.CC.XCVII., VI<sup>9)</sup> idus Januarii, tertia<sup>10)</sup> feria post Epiphaniam.

<sup>1)</sup> necessarium S. <sup>2)</sup> Nouerunt G. S. <sup>3)</sup> Fehlt in G. <sup>4)</sup> Meschrin S. <sup>5)</sup> Moringe S. <sup>6)</sup> addicentur S. <sup>7)</sup> Elsholdt G. <sup>8)</sup> Goltzeko S. <sup>9)</sup> sexto S. <sup>10)</sup> Fehlt in G.

Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatar. civit. Garz. Nr. 21 (G), Nr. 71 (deutsche Uebersetzung); Stett. Arch. P. II Tit. 23 Nr. 28 fol. 18v (S); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 898a.

## 1791.

1297 Januar 8. (tertia feria proxima post diem Epiphaniae) Stettyn.

Serzog Otto I. überträgt mit Genehmigung seiner Mutter Mechtild der Stadt Garz a. D. das Eigenthum des Dorfes Mescherin, frei von allen Lasten.

Otto, dei gratia dux Slauorum atque Cassubiae, vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum visuris vel auditoris in perpetuum salutem. Ne ea, quae geruntur in tempore, simul cum temporis<sup>1)</sup> discursu propter instabilitatem atque imbecillitatem humanae conditionis euanescant, necesse est ea apice literarum muniri et proborum virorum testimonio perhennari. Hinc est, quod ad noticiam volumus tam praesentium quam futurorum, quod nos ex sensu et assensu reuerendae atque dilectae matris nostrae domine Mechildis, inclytae ducissae Slauorum et Cassubiae, nec non consilio maturo nostrorum fidelium atque discretorum vasallorum, insuper ex bona et pura<sup>2)</sup> nostra voluntate contulimus fidelibus atque dilectis nostris ciuibus in Gardz ad emendationem ciuitatis proprietatem villae Mescherin<sup>3)</sup> cum omni usufructu in mansis, pratis, pascuis, paludibus uel aquis, piscationibus, syluis, nemoribus<sup>4)</sup> et omnibus metis, quibus Rodolphus de<sup>1)</sup> Moringhe<sup>1)</sup> possedit noster vasallus fidelis et dilectus, cum iudicio maiori et minori, ita quod iam dicti ciues nostri ipsam villam sine omni precaria uel exactione speciali et seruitio armorum possidere debeant eius temporibus pacifice et quiete. Et ne haec nostra rationabilis atque uoluntaria donatio a nobis uel a nostris successoribus aut etiam malignitate, quod absit, nostrorum officialium imposterum per aliquam occasionem infringatur<sup>5)</sup>, praesentem literam appensione nostri sigilli roboratam iam habitis nostris ciuibus dari iussimus, in tutelam testium nominibus subnotatis, Stangonis, Olrici<sup>6)</sup> de Oest, Con.<sup>7)</sup> de Elsholt<sup>8)</sup>, Volczekonis de Elsholt<sup>8)</sup>, Joannis<sup>9)</sup> de Kremtzw<sup>10)</sup>, Joannis<sup>9)</sup> de Kurow<sup>11)</sup>, militum, et quam plur[imum] ali[orum] fide dign[orum]<sup>12)</sup>. Datum Stettyn et actum anno dominicae incarnationis M.CC.XCVII., tertia feria proxima post diem Epiphaniae.

<sup>1)</sup> Fehlt in S. <sup>2)</sup> paterna S. <sup>3)</sup> Meschrin S. <sup>4)</sup> silvis et nemoribus S. <sup>5)</sup> insurgatur S. <sup>6)</sup> Vlrici S. <sup>7)</sup> Conrad S. <sup>8)</sup> Elsholdt G. <sup>9)</sup> Jo. G. <sup>10)</sup> Kremtzo S. <sup>11)</sup> Curo S. <sup>12)</sup> plures alii fide digni G. S.

Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatar. civit. Garz. Nr. 22 (G), Nr. 72 (deutsche Uebersetzung); Stett. Arch. P. II. Tit. 23 Nr. 28 fol. 19v (S).



1792.

1297 Januar 31. (pridie kalendas Februarii) Dargun.

Petrus, Bischof zu Camin, bestätigt den Verkauf von 14 Hufen zu Tessenow durch den Pfarrer Martin zu Malchin an das Kloster Doberan.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Frater Petrus miseratione diuina Caminensis ecclesie episcopus — — — — —  
 — — — — — Testes huius rei sunt Wizlaus thesaurarius ecclesie Caminensis et prepositus Diminensis <sup>1)</sup>, Hillebrandus <sup>2)</sup> canonicus Caminensis et prepositus Stetinensis, magister Conradus noster notarius, dominus Johannes abbas Dargunensis, Everhardus decanus ecclesie Guzstrowensis, Henricus Cron prepositus Verchonensis (!), magister Reynerus sacerdos et rector scolarium in Gustrowe <sup>3)</sup>, clerici, item Fredericus de Keredorp, Thidericus Moltiko, milites, et alii quam plures fide digni, qui huic negotio, cum ageretur, presentes fuerunt. Datum Dargun, anno domini M.CC.XC.VII., pridie kalendas Februarii.

Ueberschrift: Confirmatio domini Petri Caminensis episcopi super Tessenowe.

<sup>1)</sup> Dyminensis D 2. <sup>2)</sup> Hildebrandus D 2. <sup>3)</sup> Guzstrowe D 2.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar. Doberan, fol. LXXXV<sup>v</sup> (D 1) und fol. LXXXVI (Transsumt vom 11. April 1297) (D 2).

Gedruckt bei v. Westphalen Monum. ined. III p. 1552; Meßl. Urf.-Buch IV S. 8 Nr. 2436.

1793.

1297 Februar 5. (proxima tercia feria post Purificacionem sancte Marie virginis) Colberg.

Der Rath zu Colberg berichtet an den Rath zu Greifswald über eine Gerichts-Verhandlung gegen den des Mordes angeflagten Stromberg und bittet, da die Ankläger das zu Colberg gesprochene Urtheil gescholten haben, in der Sache zu erkennen.

Viris prouidis et discretis, sibi sincere dilectis amicis, dominis consulibus in Gripeswold consules in Colberg vniuersi honoris et obsequii, quantum possunt. Quendam virum dictum Stromberg apud nos propter homicidium, ante nostre ciuitatis portum commissum, aduersante fortuna, fore captum et detentum, vestram ad audienciam pluries iam deuenit: cuius gracia non solum nos set eciam vos multos habuimus labores et expensas. Hac de causa orta fuit apud nos quedam sententia, qua vestram ad presenciam delata, ipsum vltorius bone voluntatis animo ad audienciam honorabilium virorum consulum de Lubeke nostros per fideles de consilio socios transmisistis. Hanc sentenciam prouidi de Lubeke consules taliter distinguentes dixerunt: Illi duo famuli, aduersum illum virum captum testes producti, licet proprias hereditates et naves proprias non habeant, licet eciam seruientes sint, et si eis, finem cause expectantibus, medio tempore largientur expense, et si ipsis tanta erogetur pecunia, quantam alias interim possent suis adipisci seruiciis, in hiis excessum fore non dicimus, et quod ipsorum fama non sit maculis depicta, aduersus virum pro homicidio detentum possunt testimonium perhibere. Hoc autem testimonium cassari potest per probos et honestos viros fide dignos, in Colberg burgenses, proprias ibidem hereditates possidentes, qui suo debent testimonio confirmare, quod predicti duo famuli, testes producti, ipsis audientibus sint fassi, quod ipsis, preter expensam et pecuniam superius dictam, detur pecunia specialis, vt testimonium

perhibeant, et quod eciam ipsorum testimonium sit falsum; ex tunc illorum du[or]um<sup>1)</sup> famulorum testimonium non habet efficaciam procedendi. Hac sententia per nostros dilectos de consilio socios delata ad nos, ipsam distinximus, puta superius memoraliter est expressum. Hiis itaque factis, die iudicii prefixo, nostris de consilio sociis discretioribus quatuor apud aduocatam sedentibus audiendi gracia, comparauerunt duo ex nostris burgensibus, viri probi et honesti fide digni, proprias in nostra ciuitate hereditates possidentes, testes producti, scilicet Nicolaus et Loduicus, qui recognouerunt primitus dicentes: „Ille vir Stromberg, nunc detentus, sedit in taberna tunc temporis, dum ille carpentarius hominem interfecit, et hoc homicidium accedit in clara luce diei et sole clare splendente.“ Hec verba predicti duo post suis in sanctorum reliquiis, sine actorum contradictione, confirmauerunt iuramentis. Hoc facto accesserunt alii duo testes, nostri burgenses dilecti, viri fide digni, scilicet Ywan et Johannes de Griphenberghe, propriis in nostra ciuitate gaudentes hereditatibus, qui primo fassi sunt dicentes: „Viro interfecto nos aduenimus, et hoc homicidium contigit in clara die et sole splendente, set quicumque illud suo vellet firmare iuramento, quod hoc homicidium noctis sub silencio, quod slapende deth dicitur, accidisset, ille falsum perhiberet testimonium.“ Ita dixit vnus testium predictorum; alter testis dixit: „Quicumque hominum hoc iuramento suo vellet confirmare, quod hoc homicidium infra communem hominum nocte dormicionem, quod slapende deth dicitur, euenisset, ille iuraret minus iuste.“ Hec verba hii duo iam dicti post suis firmarunt iuramentis, actorum contradictione qualibet retroiecta. Accesserunt et alii duo testes, nostri burgenses dilecti, vnus nomine Ditmarus Lupus, proprias apud nos habens hereditates, et alter Johannes dictus Laycus, sartor, hereditate carens. Hic Ditmarus recognouit dicens: „Audiui, quod vnus illorum testium recognouit et dixit: ‚Nobis tanta datur pecunia pro eo, ut perhibeamus testimonium, quod nobis sufficit‘ et supra hoc“; hec verba hic Dit[marus] suo firmauit iuramento, sine actorum contradictione. Reliqu[u]s<sup>2)</sup> vero testis, scilicet Jo. Laycus, primo recognouit dicens: „Audiui ab vno illorum testium dicente quod ille vir, dictus Sump, sederet mancipatus vinculis apud illum virum Stromberg, huius gracia vellem iurare quod nunquam felix efficeret.“ Hec verba hic Jo. post suis firmauit iuramentis sine actorum contradictione. Item accesserunt et alii duo testes, quorum vnus fuerat hospes et aduena, alter noster burgensis, nomine Euerhardus, propriam tamen non habens hereditatem apud nos; qui recognouerunt dicentes, quod ille Stromberg hominem interfectum non interfecit, et illud homicidium accedit in claro die et sole splendente; hoc ipsi duo sine contradictione actorum suis firmarunt iuramentis. Demum comparauerunt bini viri nostri burgenses, scilicet Jo. dictus Drüue et Godeko, ambo molendinarii fide digni, molendinum in nostra ciuitate cum quatuor rotis et vnam aream apud molendinum iacentem et ad molendinum pertinentem iure hereditario possidentes. Primo recognouerunt dicentes: „Audiuimus ab illis testibus dicentibus: ‚Nos recipimus denarios pro eo, ut testimonium perhibeamus,‘ et quod eciam ipsorum testimonium esset falsum, et falsum testarentur.“ Hec prenotati duo sine actorum contradictione suis firmauerunt iuramentis. Testimoniis omnium horum testium, ita ut prescriptum est, admissis et sine contradictione alicuius hominum ab actoribus receptis causidicus reum defendens quesiuit sententiam in hec verba: Quando quidem omnes isti testes sine qualibet contradictione suum perhibuissent testimonium, utrum suum testimonium haberet efficaciam procedendi. Alter vero causidicus actores defendens sententiauit in hec verba: Ex quo predicti duo testes vltimi sunt molendinarii, censum nostro domino episcopo pariter et nostris burgensibus de ipso molendino annis singulis dantes, et eciam per se mattam in molendino tollentes, vtrum ipsorum testimonium haberet efficaciam procedendi, vel saltem vim ab efficacia declinandi. Primam sen-

tenciam secundum nostre discrecionis oculum admisimus, quam actores ex opposito contradixerunt, ipsam minime concedentes. Cuius rei gracia dilectos nostros de consilio socios ad vestre discrecionis iudicium transmittimus, exorantes, quatenus, discussione diligenti inter vos habita, quid de hiis vobis iustum visum fuerit, distinguatis, cum vos fontes, nos vero iusticie riuli defluentes. Quod autem hec omnia, vt scripta sunt, vera sint, presentibus lucidissime protestamur. Datum Colberg, anno domini M.CC. nonagesimo VII, proxima tercia feria post Purificationem sancte Marie virginis.

1) daum. Original. 2) reliquis. Original.

Spuren des aufgedrückten Siegels noch vorhanden.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt im Lüb. Urk.-Buch I S. 591 Nr. 658.

1794.

1297 Februar 8. (feria sexta proxima post Purificationem virginis gloriose).

Der Ritter Zwan von Below verkauft dem Kloster Neuentamp zehn Hufen und neun Hoffstellen im Dorfe Zibberich und die Hälfte des Dorfes Muggin mit der dazu gehörigen Fischerei im Jager- (oder Dobbertiner) See.

Vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris Ywanus miles, dictus de Belowe, salutem in domino sempiternam. Recognoscimus per presentes, quod nos matura deliberatione prehabita foro ir retractabili vendidimus fratribus monasterii Noui Campi decem mansos in villa Cedarghe situatos cum omnibus suis attinenciis, agris, siluis, paschuis, pratis, paludibus, rubetis, piscationibus, ad eosdem mansos pertinentibus, tali conditione mediante, vt de quolibet manso annis singulis nos et omnes, qui dictos mansos excoluerint, quatuor marcas soluere teneamur. Quod si nos mansos, quos nunc per nos colimus, vendere contigerit in futurum, taliter vendemus, quod dilecti fratres de quolibet manso percipiant quatuor marcas denariorum vsualium annis singulis, et si, quod absit, de quatuor marcis de quolibet manso dandis predictis fratribus quippiam deperiret, nos in integrum eisdem fratribus refundere teneamur, tam de illis mansis, quos alii excolunt, quam de nostris. Preterea vendidimus eisdem fratribus ibidem nouem areas, quarum quedam habent domicilia, quedam non, sex marcas duobus solidis minus soluentes, eadem conditione si de summa prefata quippiam predictis fratribus fuerit diminutum, eisdem tenebimur ad restaurum. Insuper vendidimus sepredictis fratribus medietatem ville Eutein integraliter cum piscationibus in stagno Jawere, prout ad nos pertinuisse dinoscitur, pro nongentis triginta octo marcis, quinque solidis, duobus denariis minus, quam summam a predictis fratribus nobis integraliter esse persolutam presentibus protestamur. In harum rerum testimonium sigillum nostrum huic cedulae appendendum duximus, testibus annotatis, videlicet dominis militibus Ludolfo, Hartmanno, Godekino, dictis de Oldenborch, Baldwino de Lcbeke, Joachim aduocato in Plawis, Johanne Tressowe, Gherardo de Tribuses, fratre Theoderico, fratre Woltero, monachis Noui Campi, necnon et dilecto filio nostro Machorio et multis aliis fide dignis. Datum anno domini M.CC.LXXXVII., feria sexta proxima post Purificationem virginis gloriose.

Auf der Rückseite in rother Farbe die alte Registratur: Priuilegium super empcione X mansorum in Cedarghe et super IX areas ibidem, item super medietatem ville Eutein, links unten in der Ecke von gleichzeitiger Hand mit Tinte: Ywani militis.

Das Siegel ist von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Kgl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Kl. Neuenkamp Nr. 60; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 905; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur III (1297) Nr. 10; Klemptens Extract 2c. fol. 41<sup>v</sup>.

Gedruckt bei Fabricius III S. 67 Regest 438; Meff. Urk.-Buch IV S. 9 Nr. 2437; Duge, Urk. Nachr. über Golsberg Urk. S. 54 (Uebersetzung).

1795.

## Verdächtig.

1297 Februar 16. (ipso die Juliane virginis gloriose) Sundis.

Agnes, Gemahlin des Fürsten Wizlaw II., verkauft das Dorf Dönkwitz an Peter Gneweken, sowie an Peter und an Nikolaus, den Sohn Wymars, gegen eine jährliche Abgabe von 13 Mark Pfennigen.

Agnes, dei gracia princeps Ruyanorum, omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino sempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum lapsu temporis a memoria hominum recedant, solent gesta hominum per scripti materiam perhennari. Hinc est, quod presentibus notum esse volumus et posteros non latere, quod de maturo nostrorum consilio necnon heredum nostrorum fauore hereditatem <sup>1)</sup> uille Donekenitze vendidimus et in presentibus iusto uendicionis tytulo vendimus Petro Gneweken et Petro et Nicolao, filio Wymari, necnon heredibus ipsorum succedentibus, sicut iacet et sicut eam habuimus, in terminis suis, areis, agris cultis et incultis, lignis, aquis, siluis, rubetis, pascuis, pratis, paludibus, cespitibus necnon aliis bonis quibuscumque ad dictam uillam iacentibus perpetuis temporibus pacifice habendam et quiete possidendam. De huius predictae hereditatis uero possessione predicti uiri necnon ipsorum heredes succedentes debent singulis annis in redditibus tredecim marcas denariorum vsualium nobis elargiri, dimidietatem in festo beati Martini et aliam in carnispriuio. Annuimus eciam prefatis uiris et ipsorum successoribus, quod licite et secure annuatim cespites et ligna vendere poterunt, si opus eis fuerit ad pactum exponendum. Ne quis autem hanc summam reddituum ausu temerario augmentare uel minuere uel contrahere presumpserit (!), presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius uero rei testes sunt uiri discreti, scilicet dominus Bertoldus miles de Osten et Volradus, aduocatus uenerabilis coniugis principis Ruyanorum senioris, et Hermannus aduocatus domini Wyzlai, principis Ruyanorum junioris et Nicolaus Bulle et Gotscalcus molendinarius et Wicholdus de Dorpen et quam plures alii fide digni ad hoc uocati specialiter et rogati. Actum et datum Sundis, anno domini M.CC. nonagesimo septimo, ipso die Juliane virginis gloriose.

<sup>1)</sup> Im Original wiederholt.

Das Siegel an rothseidenen Fäden anhängend. Im runden Siegelfelbe in der Mitte die Fürstin Agnes in ganzer Figur auf der rechten Hand den Braunschweigischen, auf der linken den Rügischen Helm über den betreffenden Schilden haltend. Umschrift: S . . . . . ratia principis Rvia . . . . . Es scheint nicht ursprünglich befestigt zu sein.

Original im Archiv des St. Annen- und Brigitten-Klosters zu Stralsund; die Schrift erscheint für das Jahr 1297 etwas zu jung; sie möchte der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts angehören.

Gedruckt bei Fabricius III S. 104 Nr. 261.

1796.

1297 März 8. (feria sexta ante dominicam, qua canitur, Reminiscere) in Prentzlovia.

Otto und Conrad, Johann und Otto, Markgrafen zu Brandenburg, gründen die Stadt Dramburg.

Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenses et de Landesberg marchiones, et nos Johannes et Otto, marchiones, Conradi filii, ejusdem Marchiae domini, universis Christi fide-

libus, ad quos presentes devenierint eorum notitiamque sortiuntur. Cum ea, quae aguntur in tempore, cum temporis volubilitate citius evanescent, nisi a lingua testium aut scripti memoria recipiant firmamentum, quapropter recognoscimus et tenore presentium evidentius protestamur, quod viris honestis Arnolde de Goltzen, domino schulteto in Dravenborch, nec non Conrado et Johanni, ejus fratribus, predictam civitatem nostram Dravenborch cum omnibus suis attinentiis, sicut infra recitabitur, dedimus possidend[am] <sup>1)</sup>. Dedimus nihilominus civitati predictae jus Brandenburgense, apponentes ad ipsam civitatem ducentos mansos XVI mansis minus. De his vero mansis burgenses dictae civitatis quinquaginta mans[us] <sup>2)</sup> ultra Dravam ex transverso civitatis habebunt ad agriculturam in ascensu similiter et descensu. Residuos vero mansos ab ista parte Dravae ad agriculturam et ad usus civitatis ad se recipiant et <sup>3)</sup> habebunt. Porro ecclesiam in praefata civitate cum quatuor mansis dotavimus. Praefatus quoque et sui fratres et heredes eorundem decem mansos pro suis usibus perpetuo liberaliter possidebunt. Expirante (!) autem libertate, de unoquoque manso dimidius nobis argenteus censualis dari debet. De quo censu schultetus tertiam partem et de censu arearum nec non de iudicio pariter sibi tollet. Item molendinum, quod adjacet civitati supra Dravam exstructum, praefatus schultetus sui que haeredes cum omni usu justo pheodali titulo liberaliter possidebunt. Et quicquid in foro de edificiis veluti in theatro necnon macellis carnum — <sup>4)</sup> sive panis anni — <sup>4)</sup> cadere poterit aut derivari, id ipsa civitas sibi usualiter in integrum reservabit. Item omnes questus et census de a[re]is <sup>5)</sup> extra civitatem constructis ad eandem civitatem volumus usualiter pertinere. Damus etiam civitati cum omni utilitate et piscationibus haec stagna, quorum nomina sic notantur: Lubesow, W[ok]e[r]e <sup>6)</sup>, Tzapell et fluentum ipsius stagn[i] T[z]apel <sup>7)</sup> usque ad stagnum Welsen et ipsum stagnum Welsen cum stagno Melne et Grelle[n]s[e] <sup>8)</sup>. Damus nihilominus dictae civitati paludem Manhagen supra nostram civitatem sitam apud Dravam in ascensu ipsius Dravae usque ad terminos campi villae Dalow, ita quod ipsa palus ab aliquo nostrorum officialium aut advocatorum nunquam deinceps debeat minui. Item ipsa civitas ab omni telonio penitus ab inhabitantibus et advenis non nunquam a mercimonio quolibet emptionis vel venditionis titulo libera permanebit. Burgenses quoque inibi commorantes venationes leporinas extra nivem absque metu liberaliter exercebunt. Stratas quoque omnes et plateas obstruere, dirigere et curare poterunt inhabitatores civitatis memoratae pro ipsorum libito et expedientia voluntatis, Ut igitur huiusmodi gratiae nostrae donatio per nos nostrosque successores haereditarios futuris temporibus immutari nequeat aut etiam retractari, praesentes literas in evidens testimonium conscribi iussimus desuper et sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Actum anno domini MCCLXXXVII septimo, praesentibus Wernero de Schwandenberg, Friderico de Eickstede, Hassone et Ludolpho, fratribus de Wedell, Burchardo de Kockstede, militibus, et Thidemanno, nostro notario, per quem in Prentzlovía feria sexta ante dominicam, qua canitur Reminiscere, presentia conscribuntur.

<sup>1)</sup> possidendum. Dicmann. <sup>2)</sup> mansis. Desgl. <sup>3)</sup> etiam. Desgl. <sup>4)</sup> Strich bei Dicmann. <sup>5)</sup> aeris. Dicmann. <sup>6)</sup> Werene Desgl. <sup>7)</sup> Tzapell et fluentum ipsius, stagnum Trapel. Desgl. <sup>8)</sup> Grelleee. Desgl.

Rgl. Geheimes Staats-Archiv zu Berlin: Dicmanns Urfunden-Sammlung fol. 44 (Abchrift des 18. Jahrhunderts).

Gedruckt bei Niefel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 215 Nr. 4 (zum 1. März); Kleffe, Regesta Neomarch. I. S. 52.

1797.

1297 März 10. (die dominica, qua cantatur Reminiscere) Primzlaue.

Petrus, Bischof zu Camin, gewährt den Besuchern der Marienkirche zu Brenzlau einen 40 tägigen Ablass.

Frater Petrus, dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Cupientes Christi populum deo reddere acceptabilem et indulgentiis quasi quibusdam muneribus allectiuis ad diuinum obsequium inuitare, omnibus igitur uere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam gloriose uirginis Marie in Primzlaue, nostre diocesis, in festiuitatibus silicet (!) Annunciationis beate Marie, beatorum Philippi et Jacobi apostolorum ac Laurentii et Katerine uirginis necnon et in dedicatione ipsius ecclesie causa deuotionis accesserint ac deuotas orationes dixerint, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer in domino relaxamus. Datum Primzlaue, anno domini M.CC.XC septimo, die dominica, qua cantatur Reminiscere.

Siegel am Pergamentstreifen anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Brenzlau.

Gedruckt bei Nibel, Cod. dipl. Brand. I 21 S. 100 Nr. 16 (nach Beckmanns Abschrift des Originals).

1798.

1297 März 19. (quarto decimo kalendas Aprilis).

Herzog Otto I. bestimmt, daß die Stadt Alt-Damm vom Lübschen Recht zu dem ihr von Herzog Barnim I. verliehenen Magdeburgischen zurückkehren solle, und regelt die Theilung der Gerichtstagefälle, des Hufen- und Häuferzinses, sowie die Einrichtung des Mühlenwassers.

In nomine domini amen. Nos Otto, dei gracia dux Slauorum et Cass[ubie], omnibus christifidelibus inperpetuum. Cum se deceat magnificencie principali, non solum suscepta regni gubernacula, ut in vigore pacis et ab omnibus malignorum insultibus externorum inconcussa permaneant, verum eciam, ut a subditis omnis controuersiarum tollatur vomes (?) et materia ac se m[utu]o<sup>1</sup>) (?) pacis et concordie astringant amplexibus, tam consilio et auxilio quam in voluntate gratuita prouidere, hinc est, quod ad noticiam vniuersorum tam presencium quam futurorum tenore presencium deuenire cupimus, nos formam compositionis quandam super quibusdam controuersiis habitis inter dilectos nostros, videlicet inter dominum abbatem de Colbas et suum conuentum parte ex vna et burgenses de ciuitate Dambis parte ex altera modo et forma, que sequitur, edidisse: Inprimis quidem burgenses de predicta ciuitate Dambis derelicto iure Lubicensi, ad quod tenendum et seruandum se ingesserant, ius Magdeburgense, quod a prima ipsius ciuitatis Dambis fundacione dinoscitur habuisse et sicut primitus eisdem burgensibus a felicis recordacionis videlicet domino Barnym, patre nostro, cum consensu vnanimi abbatis et conuentus de Colbas habere est indultum, ex nunc et inantea obseruabunt. Item omnes prouentus, qui de iudicio dicte ciuitatis euenerint, totaliter parcientur, ut eius pars vna nobis, quoad uixerimus, pars altera conuentui de Colbas, pars uero tercia schulteto, qui in prenominata ciuitate Dambis pro tempore fuerit, absque omni contradictione cedat libere et quiete. Item de pacto, quod prefate ciuitatis Dambis mansorum agricole annis singulis tenentur exsoluere, taliter duximus ordinandum, ut ipsi agricole IIII<sup>or</sup> solidos denariorum currentis monete de manso quolibet annis singulis pacti nomine, duos videlicet solidos nobis, quoad

uixerimus, et duos solidos predicto conuentui de Colbas in festo beati Martini perpetuo soluere tenebuntur. Item de censu arearum in sepe dicta ciuitate Dambis taliter ordinamus, ut census antedictus in tres partes diuisus pars vna nobis, altera conuentui de Colbas cedat et scultetus, qui in habita ciuitate Dambis pro tempore fuerit, tercię partis gaudeat porcione, sane hoc specialiter memorie commendantes, quod de omnibus prouentibus in iam dicta ciuitate Dambis nobis contingentibus nulli vendere seu inphodare nos liceat, cum antedictos prouent[us]<sup>2)</sup> ad tempora vite nostre a predicta ecclesia Colbacensi habere tantummodo dinoscamur. Item de meatu aque molendinorum in predicta ciuitate Dambis seu foris [s]itorum<sup>3)</sup> taliter duximus ordinandum, ut iam dicte ciuitat[is]<sup>4)</sup> burgenses nullomodo edificiis, exaggeracionibus aut aliquo quocunque obstaculo predictum aque coartabunt seu coangustabunt meatum, sed sicut ab antiquo fluxum in eadem ciuitate et iuxta ciuitatem et in campo tenuit et cursum, vtriusque litoris gaudeat alueo. Et si alicubi pretacte meatus aque est obstructus, eum prefate ciuitatis burgenses cursui pristino mancipabunt. Ne uero suprascripte compositionis ordinacio et antedictorum articulorum confirmacio per nos promulgata ab aliqua partium inposterum violetur, presens scriptum nostri sigilli munimine et sigillorum videlicet domini Bugeslauri, nostri fratris, qui predictę compositionis et ordinacionis mediator extitit proficiuus, nec non et predictę ciuitatis ciuium appensione curauimus roborandum. Testes huius sunt Johannes comes de Gutzkow, magister Lambertus pplebanus (!) in Demmyn clericus, Wulsoldus (!) dictus de Below, Stango, Hinricus de Reno, Otto Drako, milites, et alii quam plures fide digni. Datum per manum Johannis nostri notarii anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> no[n]agesimo<sup>5)</sup> septimo, quarto decimo kalendas Aprilis.

1) mnto. Colb. Matr. 2) prouentos. Desgl. 3) eitorum. Desgl. 4) ciuitate. Desgl. 5) noigesimo. Desgl.

Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbager Matr. fol. 4 Nr. 10; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 399 a.

Gebruckt in den Baltischen Studien VIII 2 S. 149 (nach einer Abschrift); Hanfsches Urk.-Buch I S. 418 Nr. 1236 (Regeft) bezieht sich auf das im Geheimen Staats-Archiv zu Berlin befindliche Original. Dort ist dasselbe nicht zu ermitteln, auch ist es nicht wahrscheinlich, daß es dort vorhanden war, da schon Riedel in den Baltischen Studien a. a. O. obige Urkunde nach einer Abschrift gegeben hat.

1799.

1297 März 23. (X. kalendas Aprilis) Werben.

Petrus, Bischof zu Camin, verstatet den Augustiner-Eremiten, in seiner Diöcese zu predigen, Beichte zu hören, Pönitenzen aufzuerlegen und in ihren Kirchen zu begraben.

Frater Petrus, dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino. Cum ex officii nostri debito nostrum elaboret et inuigil[e]t<sup>1)</sup> studium, ut cultus diuini ampliatur nominis et ut religiosorum dilatetur numerus, quorum exemplo, vita, conuersacione et opere ceteris Christi fidelibus salutis uia prepararetur eterna, nouerit uestra vniuersitas deuota, quod in Christo deuotis prioribus<sup>2)</sup> et fratribus heremitis ordinis sancti Augustini domorum nostre diocesis, quibus dominus predicandi gratiam contulerit, concedimus et plenarie damus, vt in nostra diocesi populo uerbum dei pronunciare, confessiones audire, penitencias ualeant iniungere salutare, sicut in eorum priuilegijs a sede apostolica indultis continetur, ita tamen, ut ex hoc nullum preiudicium plebanis generetur. Sepulturam quoque in ecclesijs eorum liberam esse decernimus ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui se in eisdem ecclesijs sepeliri deliberauerint, nisi forte ex-

communicati uel interdicti sint aut etiam publici usurarii, nullus obsistat, salua tamen iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Preterea indulgencias a ceteris venerabilibus archiepiscopis et episcopis supradictis fratribus pie et misericorditer indultas, gratas et ratas habentes confirmamus, ut eorum domus seu monasteria magis pullulare ualeant de gracia speciali, qui eis manum adiutricem porrexerint, XL dies in remissionem suorum peccaminum de iniunctis sibi penitenciis misericorditer in domino relaxamus. Datum Werben, anno domini M.CC.XC. septimo, X. kalendas Aprilis.

*Handschrift des 15. Jahrhunderts: Petrus Caminensis episcopus XL<sup>ta</sup> dierum.*

<sup>1)</sup> inuigilat. Original. <sup>2)</sup> aus priori durch Ueberschreibung von bus corrigirt.

Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Königsberg i. N. s. r. Nr. 7.

Gedruckt bei Nebel, Cod. dipl. Brand. I 19 S. 176 Nr. 7; Kette, Regesta Neomarch, I S. 52.

## 1800.

1297 März 23. (kalendas Aprilis X.) Robele.

Nicolaus, Fürst zu Werle, schenkt dem Kloster Doberan Eigenthum und Gericht von 18 Hufen zu Tessenow, deren 14 das Kloster von Martin, Pfarrer zu Malchin, mit Genehmigung des Bischofs Petrus und des Domcapitels zu Camin und vier von dem Ritter Friedrich Moltke gekauft hat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nycolaus dei gracia dominus de Werle,

— — — — — de licentia necnon de expresso consensu venerabilis patris domini Petri, Caminensis ecclesie episcopi, de licentia etiam et pleno consensu totius capituli ecclesie Camynensis — — — — —

Actum et datum Robele, anno domini M.CC.XCVII kalendas Aprilis X.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar. Doberan. fol. LXXXIV v.

Gedruckt bei v. Westphalen III S. 1553; Meßl. Urk.-Buch IV S. 13 Nr. 2443.

## 1801.

1297 April 7. (dominica in ramis Palmarum) in Scaprode.

Ingifrid, die Wittwe, und Ritter Andreas, der Sohn von Andreas Erlandson, verkaufen ihre Güter auf Hiddensee dem Kloster Neuenkamp für 100 Mark reinen Silbers und 200 Mark Pfennige mit Vorbehalt einiger Rechte.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus Ingifrid, relicta domini Andree Erlandi, et Andreas miles, filius eorundem, salutem. Notum facimus presentibus et futuris, quod cum illustris princeps Ruyanorum, dominus Wiz. in insula Hyddense fundari mandasset Cysterciensis ordinis abbaciam et eandem monasterio Noui Campi, eiusdem ordinis, subiecisset et monasterii eiusdem monachos in possessionem mitti iussisset, nos hoc in nostri preiudicium fieri sencientes, eo quod predictae insule medietas et plenum jus atque iudicium ad nos pertineret, ipsos monachos super huiusmodi statuimus conuenire. Tandem, procurante domino Thoma cum Thorace, nostro milite, vendidimus dictis monachis ac monasterio Noui Campi omnia bona, que possedimus in prefata insula Hyddense, pro centum marcis puri et examinati



argenti sub libra Coloniensi necnon et<sup>1)</sup> pro ducentis marcis denariorum Slavicalium datuorum, istis tamen condicionibus<sup>2)</sup> adiectis, quod ligna sufficientia ad comburendum pro curia nostra Scaprode de predicta insula faciamus afferri et homines nostri villam Scaprode tantummodo inhabitantes de eisdem lignis, que ad vsus nostros succiduntur et apportantur, virgulas et alia residua licite percipiant ac deportent. Sues quoque curie nostre, cum arbores fructum<sup>3)</sup> prodixerint, pasci faciamus in eadem<sup>4)</sup> insula absque censu. Piscature vero medietatem nostro vsui ibidem reseruamus, ita tamen quod nostri piscatores, quos ad prouisionem piscature partis nostre constituerimus, in prefata insula maneant et ligna libere habeant sibi ad comburendum sufficientia, sicut hactenus est consuetum. Medietatem eciam tocius naufragii, quod wlgariter dicitur todrift, nobis et nostris heredibus perpetuo reseruamus. Preterea ne dictus dominus Thomas cum Thorace propter hec aliquid paciatur detrimenti, volumus, quod ipse et sui heredes, quecunque ibidem habuit, in futurum habeat sicut ante. Declaramus insuper, quod quicquid controuersie ac discordie inter venerabilem patrem dominum abbatem et honestos dominos, suos monachos, ac inter nos hactenus exstiterat, racione huius contractus totaliter est sopitum. In cuius rei maiorem euidentiam ac firmitatem sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno domini M.CC.XC. septimo, in Scaprode, dominica in ramis Palmarum, presentibus nobilibus militibus domino Thoma cum Thorace et domino Marquardo, fratre suo, et domino Heynrico, filio dicti domini Thome, et fratre Petro, priore Noui Campi, et fratre Petro, ibidem furnario, et fratre Godefrido ac fratre Petro, ordinis Predicatorum de Dacia de domo Lundenensi, et multis aliis fide dignis.

<sup>1)</sup> Fehlt bei Fabricius. <sup>2)</sup> istis tamen condicionibus in Cod. Rug. wiederholt. <sup>3)</sup> fructus. Fabricius. <sup>4)</sup> eadem. Cod. Rug.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 132; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. IV Nr. 906; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klemphens Extract 2c. fol. 61v.

Gedruckt bei Fabricius III S. 104 Nr. 262.

## 1302.

1297 April 8. (feria secunda proxima post dominicam Palmarum).

Ingifrid, die Wittwe, und Andreas, der Sohn des Andreas Erlandson, zeigen dem Fürsten Wizlaw II. zu Rügen an, daß sie zu Gunsten des Klosters Neuenkamp ihre Güter auf der Insel Hiddensee auflassen.

Illustri ac nobili principi Ruyanorum, domino suo Wizlao, Ingifrid, relicta domini Andree Erlandi et Andreas, suus filius, paratum in omnibus seruicium cum salute. Cum placuerit vestre voluntati, Cysterciensis ordinis abbaciam in insula Hyddensø fundare, cuius medietas cum pleno iudicio et quibusdam aliis ad nos pertinebat, et ex quo, omni sopita controuersia, venerabilis pater dominus abbas monasterii Noui Campi et nos facti sumus concordēs, eadem bona et quecumque ibidem hactenus possedimus, illis duntaxat exceptis, que nobis in eadem insula reseruauimus, quia vestri caremus presencia, per istas patentes nostras litteras plane in manus vestras et simpliciter resignamus, ita ut de predictis bonis memoratis domino abbati et suis monachis nullam de cetero mouebimus questionem. Datum presentibus domino Heinricho de Host, marscalco vestro, domino Thoma cum Thorace et pluribus aliis anno domini M.CC.XCVII, feria secunda proxima post dominicam Palmarum. In cuius rei testimonium ego

Ingifrid predicta sigillum meum, cum sigillo domini Thome cum Thorace, vasalli nostri, ex quo careo sigillo dilecti filii mei, presentibus est appensum.

Auf der Rückseite die ziemlich gleichzeitige Registratur: Concordia inter Andream de Bornholm et nos de insula Hiddense; darüber noch einmal: Concordia.

Die beiden Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Kl. Hiddensee Nr. 2; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 907. Gedruckt bei Fabricius III S. 105 Nr. 263.

## 1803.

1297 April 11. (in Cena domini) Camyn.

Das Domkapitel zu Camin genehmigt den Verkauf von 14 Hufen zu Tessenow durch Martin, Pfarrer zu Malchin, an das Kloster Doberan.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes dei gratia prepositus et Johannes decanus eiusdem gratia totumque capitulum ecclesie Caminensis omnibus inperpetuum. Tenore presentium recognoscimus litteras Petri Caminensis ecclesie episcopi, domini nostri venerabilis, auctenticas vidisse et perlegisse, quarum tenor talis esse dinoscitur: Folgt Urkunde des Bischofs Petrus vom 31. Januar 1297 (s. o. S. 297 Nr. 1792). Nos igitur premissis canonice factis consentientes ad euidenciam confirmationis facte a venerabili domino nostro Caminensi episcopo super prefatis mansis ad vsum monasterii venditionis tytulo translatis, ad perpetuam rei memoriam presens scriptum sigillo capituli nostri, scilicet Caminensis ecclesie, duximus roborandum. Testes huius rei sunt Bernardus de Euersten, Johannes cantor, Fredericus Szvartelose, Fredericus Stalberch archydiaconus Pyricensis, Johannes de Stariz, Johannes Puce, Nycolaus, Arnoldus de domo lapidea, Caminensis ecclesie canonici, et alii quam plures fide digni. Datum Camyn, anno domini M.CC.XC.VII, in Cena domini.

Ueberschrift: Confirmatio totius capituli Caminensis super Tessenowe.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar. Doberan. fol. LXXXVI.

Gedruckt bei v. Westphalen III p. 1553; Meßl. Urf.-Buch IV S. 15 Nr. 2446.

## 1804.

1297 April 24. (feria quarta ante Philippi et Jacobi apostolorum) Berenwolde in cymiterio.

Albrecht III., Markgraf zu Brandenburg, bezeugt, daß die Dörfer Selchow und Schönfeld, welche die Ritter Hasso und Ludolph von Wedell von ihm zu Lehen haben wollten, im Herzogthum Stettin liegen und seiner Schwester Mechtild, sowie deren Söhnen [Bogislaw] und Otto I. gehören.

In nomine domini amen. Nos Albertus, dei gracia marchio Brandenburgensis, Lusazie ac Landesbergensis, recognoscimus puplice litteras per presentes, quod haec (!) villae, videlicet Selchowe et Schoneuelde, iacent in ducatu Stetinensi omnibus distinctionibus earundem et non in Marchia et pertinent nobili principi, nostrae ka[rissimae]<sup>1)</sup> sorori, dominae Mechtildi ducissae Stettinensium, et eius filiis, nostris dilectis auunculis, dominis B[ugeslao]<sup>2)</sup> et Ottoni, ducibus Stetinensibus, et eorum veris et legitimis haeredibus, licet tamen Hasso et Ludolphus de Wedele milites easdem a nobis in feodum voluissent habuisse. Testes huius rei sunt strennui Splinter Hake, Reimerus de Wolcow, Volsekinus de Mescholte, Fredericus de Brunkowe, Hin-

ricus de Zidow, Ansammus et Henningus de Blankenborch, milites, Gherardus Speninge famulus, Rudolphus archidiaconus Fredebergensis noster prothonotarius et alii plures fide digni. Datum Berenwolde in cimiterio, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, feria quarta ante Philippi et Jacobi apostolorum.

<sup>1)</sup> Katharinae M. <sup>2)</sup> Barnim offenbar irrthümlich, da derselbe in der ersten Hälfte 1295 gestorben ist.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Matrifel der Marienkirche (T 1 S 1 Nr. 1) fol. 284 (M); Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Diplomatar. eccl. s. Mariae I fol. 26; Husens Extract zc. (I<sup>a</sup> 53) fol. 149; Rgl. Geheimen Staats-Archiv zu Berlin: Abschrift von Wohlbrüts Hand.

Gedruckt bei Niebel, Cod. dipl. Brand. II 1. S. 215 Nr. 279 (zu 1296); Kette, Regesta Neomarch. I S. 50 (zu 1296) S. 53.

1805.

1297 Mai 3. (quinto nonas Maii) Vkermunde.

Herzog Bogislaw IV. gewährt den Kaufleuten ungehinderte Ein- und Ausfuhr für den Swine-Hafen.

Nos Bugguslaus, dei gratia dux Slauorum, tenore praesentium literarum recognoscimus protestantes, quod omnibus mercatoribus et quibuslibet hominibus simulque rebus eorum praestamus nostrum ducatum intrandi portum Swine, ibidem moram faciendi, quam diu ipsis visum fuerit expedire, transeundi ipsum ad loca nostra omnia et ad nostras quaslibet ciuitates eundo, deinde exeundi pacificum et securum, ibidem nullum theolonium amplius imponendo, nolentes ipsos mercatores homines quoslibet et res eorum a nobis uel nostris officialibus in aliquo dec[eter]o <sup>1)</sup> molestare. Vt autem his fides posset credula adhiberi, nos praesens scriptum in certitudinem firmiorem sigillo nostro fecimus roborari. Datum Vkermunde, anno domini 1297, quinto nonas Maii, per manum nostri notarii Gotfridi.

<sup>1)</sup> de creto in der Abschrift.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Deponirtes Archiv der Stadt Stettin: Abschrift des 16. Jahrhunderts s. r. Tit. I S 1 Nr. 2 fol. 22v; Diplomatar. civit. Stettin. P I Nr. 50 (Transsumt vom 21. Sept. 1308); Städtisches Archiv zu Stettin: Abschrift des rothen Buches Nr. 10 (Transsumt vom 21. Sept. 1308).

Gedruckt bei Dähnert, Sammlung Pomm. und Rüg. Landes-Urkunden III S. 445 (1287); Süb. Urk.-Buch I S. 596 Nr. 663 (1287); Hanffisches Urk.-Buch I S. 353 Nr. 1021 (Regest z. J. 1287).

1806.

1297 Juni 10. (quarto idus Junii).

Herzog Bogislaw IV. schenkt dem Caminer Domkapitel das Dorf Darghebanz im Lande Wollin zur Errichtung einer Minorpräbende.

In nomine domini amen. Buguzslaus, dei gracia dux Selauorum et Cassubie, omnibus in perpetuum. Ad perpetuam rei memoriam notum esse volumus vniuersis, quod nos ecclesie Caminensi liberali donacione dedimus et donauimus villam Darghebanz, sitam in terra Wolyn, pro noua prebenda minori in ipsa Caminensi ecclesia facienda, cum omni proprietate et iudicio temporali, pratis et pascuis, siluis, nemoribus et aquis, infra dicte ville Darghebanz terminos constitutis, sicut nos et nostri progenitores vel hii, qui a nobis vel ipsis progenitoribus nostris dictam villam iure feudali possidebant, habuimus et habuerunt, in ius et proprietatem, ob

diuinam remuneracionem et honorem eiusdem ecclesie dictam villam Darghebanz mera liberalitate donacionis tytulo conuertentes. Testes sunt dominus Johannes dicte ecclesie Caminensis prepositus, dominus Lambertus decanus ibidem, Johannes cantor, Fredericus vicedominus, Fredericus Swarteloze, Fredericus de Stalberg, item Hinricus de Reno, Lodewicus Keding, Olricus de Osten, milites, et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum anno domini M.CC.LXXXVII, quarto idus Junii.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transsumt des Herzogs Wartislaw vom 8. März 1321 s. r. Bisthum Camin Nr. 42; Transsumt vom 8. März 1321 im Original-Transsumt vom 19. Juli 1356 ebendasselbst Nr. 105; Caminer Matrifel fol. 181 (1287); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 733 (1287).

1807.

1297 Juni 18. (in die Marci et Marcelliani martirum) Grifenberghe.

Der Ritter Johann von Heydebrak bezeugt, daß das Kloster Doberan für 1000 Mark Slav. Pfennige den Hof Bork und die Dörfer Gr.- und M.-Jestin ihm, seiner Mutter Jda und seiner Frau Hildegunde auf Lebenszeit übertragen hat.

Uniuersis Christi fidelibus litteras presentes visuris Johannes miles, dictus de Heydebrake, salutem, quam repromisit deus diligentibus se. Cum ea, que aguntur in tempore, simul labantur cum tempore, cautum est et utile<sup>1)</sup>, vt<sup>2)</sup> que ad posterorum memoriam<sup>3)</sup> dirigere intendimus, scripture testimoniis commendemus. Hinc est, quod ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus deuenire, quod nobis ac saluti nostre anime providere curantes grangiam siue curiam Bork cum omnibus, que infra<sup>4)</sup> terminos ipsorum bonorum Bork<sup>5)</sup> ad ecclesiam Doberanensem pertinent, insuper et duas villas, videlicet<sup>6)</sup> Jestin<sup>7)</sup> maiorem et Jestin<sup>7)</sup> minorem, in confinio ciuitatis Colberch<sup>8)</sup> sitas, pro mille marcis denariorum Slaualium emimus a venerabili domino Johanne abbate et conuentu monasterii de Doberan ad tempora vite<sup>9)</sup> nostre et matris nostre domine Yde necnon vxoris nostre domine Hildegundis<sup>10)</sup>, quiete ac libere possidendas, eo iure et vsufructu, quo eas ecclesia Doberanensis dinoscitur hactenus possedissee, ita tamen, quod eas medio tempore nec alteri vendere nec infeodare neque pro debitis obligare sine speciali et expresso consensu abbatis et conuentus de Doberan valeamus nec eas destruemus per lignorum abusiua resectionem vel venditionem, sed ipsis pro nostra vtilitate fruemur, nec vrbium [vel]<sup>11)</sup> munitioum extractionem, per quas pax<sup>12)</sup> terre turbari possit et per consequens bona prefata ab ecclesia Doberanensi alienari; quemcunque autem fructum alium preter supra vetitum consequi poterimus, tamquam de bonis propriis disponemus. Si autem nos cum predicta coniuge nostra siue cum alia, ea defuncta, aut ipsam per alterum, nobis premortuo, liberos habere contingerit, nichil iuris hii liberi in dictis bonis sibi uendicabunt<sup>13)</sup>, sed nobis et matre nostra ac coniuge defunctis bona eadem, absque omni contradictione heredum, consanguineorum et creditorum nostrorum, ad Doberanensem ecclesiam libere et absolute reuertentur, videlicet Jestin<sup>7)</sup> maior et Jestin<sup>7)</sup> minor, villula etiam Bork<sup>5)</sup>, cum omnibus ad eam attinentibus, necnon ipsa grangia et curia Bork<sup>5)</sup> cum omni suppellectili et substantia eius mobili et immobili<sup>14)</sup>, equis, vaccis, ouibus, capris, porcis, canibus, frugibus, estualibus et hyemalibus, excussis et non excussis, cum seminibus, carnibus recentibus et siccis, curribus, aratris, ollis et omnibus pro[r]sus<sup>15)</sup> instrumentis ad curam<sup>16)</sup> domesticam uel<sup>17)</sup> agriculturam pertinentibus, nec quisquam hominum ex hiis, que

in eadem curia Bork<sup>5)</sup> tunc, quando ultimus<sup>18)</sup> ex nobis tribus diem extremum clausit, inuenta fuerint, quicquam sibi quasi hereditarium vendicabit, nec vno uel<sup>17)</sup> duobus ex nobis defunctis tercius superstes bona predicta vel utensilia<sup>19)</sup> eorum distrahet, presertim quia<sup>20)</sup> horum similia in ipsa curia inuenimus<sup>21)</sup>, cum nobis assignaretur, prout valor ipsorum ad ducentas marcas fuit a uiris prudentibus estimatus. In omnium premissorum testimonium presentes litteras sigillo nostro et sigillis carorum nostrorum, videlicet<sup>22)</sup> domini Reyberni et domini Johannis de Wacholt, militum, necnon Reyberni de Ertheneb[or]ch<sup>23)</sup> fecimus roborari. Huius rei testes sunt suprascripti et comes Jakch de Gutsecowe, Conradus de Nienkerke, Henricus de Wacholt, Henricus et Henricus de Heydebrake, Johannes de Walsleue<sup>24)</sup>, milites, comes Johannes de Gutsecowe, Johannes de Heydebrake, Bernardus de Walsleue<sup>25)</sup>, Thidericus et Henricus dicti Bere, Wedelstede, armigeri. Datum Grifenberghe<sup>26)</sup>, anno domini millesimo ducentesimo XC.VII.,<sup>27)</sup> in die Marci et Marcelliani martirum.

1) vtile. Dipl. Dob. 2) ut. Dipl. Dob. 3) noticiam. Dipl. Dob. 4) intra. Dipl. Dob. 5) Bore. Dipl. Dob. 6) uidelicet. Dipl. Dob. 7) Jestyn. Dipl. Dob. 8) Colberge. Dipl. Dob. 9) uite. Dipl. Dob. 10) Hyldegundis. Dipl. Dob. 11) Fehst in der Abschrift. 12) Fehst im Dipl. Dob. 13) vendicabunt. Dipl. Dob. 14) immobili. Dipl. Dob. 15) proesus. Alte Abschrift. 16) curiam. Dipl. Dob. 17) vel. Dipl. Dob. 18) vltimus. Dipl. Dob. 19) vtensilia. Dipl. Dob. 20) quod. Dipl. Dob. 21) inuenimus. Dipl. Dob. 22) scilicet. Dipl. Dob. 23) Erthenebroch. Alte Abschrift. 24) Wasleue. Dipl. Dob. 25) Wassleue. Dipl. Dob. 26) Gryfenberge. Dipl. Dob. 27) M.CC.XC.VII. Dipl. Dob.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Alte Abschrift aus der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts; Diplomatar. Doberan. fol. CXIV<sup>b</sup> (mit der Ueberschrift: Johannes dictus Heydebrake super empicione Bork).

Gedruckt bei v. Westphalen, Monum. ined. III S. 1554; Tisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 185 Nr. 125; Meßl. Urk.-Buch IV S. 22 Nr. 2454.

## 1808.

1297 Juni 21. (proxima sexta feria ante festum sancti Johannis baptiste) Colberg.

## A.

Der Rath zu Colberg bezeugt, daß das Kloster Doberan dem Ritter Henning von Heydebref auf seine, seiner Gemahlin und seiner Mutter Lebenszeit die Dörfer Gr.- und Kl.-Jestin und das Dorf Bork mit dem Hofe verkauft hat.

Uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens littera peruenerit, vniuersale consulum in Colberg<sup>1)</sup> ad queque beneplacita promptissimum<sup>2)</sup> famulatum. Sepius elabuntur a memoria, que nec uiua<sup>3)</sup> testium voce aut scripturarum testimoniis fuerint eternata. Hinc est, quod ad noticiam<sup>4)</sup> tam singulorum quam omnium cupimus peruenire<sup>5)</sup>, quod presentibus probis et honestis militibus, scilicet<sup>6)</sup> domino Reymaro de Wacholt, domino Romolone, domino Marquardo de Rastorp, domino Ludekone de Slauikesdorpe et domino Nycolao Kabolt, dominus Henningus miles, dictus de Heydebrake, cum duobus de claustro Doberan fratribus, scilicet fratre Arnolde de Goslaria et cum fratre Johanne dicto Stym, in nostra comparuit presentia nobis notificans, quod ipse ad tempora vite sue et vxoris eius et ad sue matris vite tempus emisset a domino abbate et conuentu claustrum Doberan magnam et paruam villam Jestyn, cum omni iure et omni proprietate, et similiter villam Borc<sup>7)</sup> cum curia ibidem ex toto, cum omni iure et proprietate et pecoribus et annona et cum omnibus prouentibus et fructibus, sicut dominus abbas et conuentus iam dictas villas hactenus habuerunt, hoc adiecto, cum vltimus prefatorum trium, nullo obstante herede ex parte vxoris domini Henningi, carnis sue debitum

adimpleuerit, predicte tres<sup>8)</sup> ville cum curia in Bork<sup>7)</sup>, sicut tunc inuenitur et est, ad abbatem et conuentum dictum Doberan redibunt et eis permanebunt libere puta prius. Hanc autem litteram a nobis datam ipse dominus Henningus predictis duobus fratribus loco abbatis presentauit, qui duo fratres loco abbatis et conuentus de Doberan presentibus prefatis probis viris<sup>9)</sup> et honestis militibus<sup>10)</sup> in nostro consistorio in<sup>11)</sup> predictas villas et earum proprietatem et libertatem cum omni iure et fructu<sup>12)</sup> instituerunt dominum Henningum de Heydebrake, militem memoratum, quod presentibus publice protestamur. Datum Colberg<sup>13)</sup>, anno domini M.CC.XCVII, proxima<sup>14)</sup> sexta feria ante festum sancti Johannis baptiste.

Ueberschrift: Protestatio ciuium in Colberg de emptione domini Henningi Heydebrake super Bore et Jestyn.

<sup>1)</sup> Die Notizen beziehen sich auf Nr. 1808 B.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar. Doberan. fol. CXVv.

Gedruckt bei v. Westphalen III p. 1555; Meßl. Urf.-Buch IV S. 23 Nr. 2455.

### B.

1297 Juni 26. (proxima feria quarta festo Johannis baptiste celebrato) Grifenbergh.

Deßgleichen der Rath zu Greifenberg.

Uebereinstimmend mit der Urkunde des Rathes zu Colberg d. d. 1297 Juni 21, mit folgenden Abweichungen:

<sup>1)</sup> consulum Grifenberge. <sup>2)</sup> promptissimum. <sup>3)</sup> viua. <sup>4)</sup> noticiam singulorum et omnium. <sup>5)</sup> deuenire. <sup>6)</sup> videlicet domino Reymar et domino Henrico suo fratre et domino Johanne suo filio, dictis de Wacholt, necnon Alberto dicto Hake et Johanne dicto Troye, armigeris, dominus Henningus. <sup>7)</sup> Borke. <sup>8)</sup> predicte extunc tres. <sup>9)</sup> Fehlt. <sup>10)</sup> militibus et armigeris. <sup>11)</sup> in possessionem predictarum villarum et. <sup>12)</sup> vsufructu. <sup>13)</sup> Grifenbergh. <sup>14)</sup> proxima feria quarta festo Johannis baptiste celebrato.

Ueberschrift: Item protestatio consulum in Grifenberge de emptione domini Henningi de Heydebrach super Bork.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar. Doberan. fol. CXVI.

Gedruckt bei v. Westphalen III S. 1555; Meßl. Urf.-Buch IV S. 25 Nr. 2457 (Regeft).

### 1309.

1297 Juni 27. (quinta feria proxima post festum beatorum martirum Johannis et Pauli).

Der Ritter Heinrich v. d. Osten vermachet dem Kloster Hiddensee das Dorf Zarrenzin.

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Heynricus miles, dictus de Ost, marscalcus Ruyanorum principis, salutem in domino Jhesu Cristo. Notum facimus presentibus et futuris et maxime heredibus nostris, quod nos monasterio Cysterciensis ordinis, quod nuncupatur Campus sancti Nicolay, in insula Hyddense situato, in remissionem peccaminum nostrorum, donauimus totam villam Tzarrencin cum terminis suis ac prouentibus et omnibus aliis ad ipsam villam pertinentibus, tam libere, integraliter, perpetuo possidendam, quod post solius vite nostre terminum heredibus nostris uel cuiquam hominum de ipsa villa et ad ipsam pertinentibus nichil omnino debeat deriuari, quia de ipsa villa et prouentibus nostre et parentum nostrorum saluti providere curauimus<sup>1)</sup>, in hunc modum videlicet, quod solum post obitum nostrum in prefato monasterio vnum altare fiet, cum calice, libro, indu-

mentis sacerdotalibus et necessariis aliis de duabus marcis, et vni monacho sacerdote ad idem altare pro nobis progenitoribusque nostris et omnibus fidelibus defunctis cottidie celebraturo ad victualia perpetuo providebitur in sex marcis, et ad altare, quo corpus Christi reconditur, de duabus marcis vna lampas arsura iugiter disponetur. Due quoque marce et dimidia ad hospitale in vsus pauperum deponentur. Due eciam marce et dimidia habebuntur ad vinum et oblatas perpetuo comparandas. Item de quindecim marcis ter in quolibet anno in perpetuum, videlicet in die beati Johannis ewangeliste, in die Pasche et in Natiuitate gloriose virginis Marie, conuentui memorati monasterii seruietur. In cuius rei euidenciam sigillum nostrum necnon et sigillum dilecti fratris nostri<sup>2)</sup> Bertoldi militis de Ost presentibus duximus appendendum. Datum anno gracie M.CC.LXXXVII, quinta feria proxima post festum beatorum martirum Johannis et Pauli.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium de proprietate Tzarrencin.

1) cupimus. Fabricius. 2) nostris. Original.

Beide Siegel nebst Schnüren ausgechnitten.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. N. Giddensee Nr. 4; Giddenseer Matrifel Nr. 47; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 910; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klemphens Extract zc. fol. 63 v.

Gedruckt bei Fabricius III S. 105 Nr. 264.

1810.

1297 Juni 30. (in die Commemoracionis beati Pauli apostoli).

Johann von Rathenow, Laienbruder des Klosters Neuenkamp, macht sein Testament.

Ego Johannes de Ratenowe, confrater et familiaris ac particeps victualium conuentus monasterii Noui Campi, ordinaui testamentum meum sub sigillo domini Arnoldi, abbatis Noui Campi, et sigillo domini Gerlaci<sup>1)</sup> viceprepositi territorii Tribuses necnon et sigillo ciuitatis Tribuses, sigilloque<sup>2)</sup> domini Marsilii plebani ibidem et sigillo oppidi Richenberghe et sigillo domini Alexandri plebani ibidem, multis subnotatis testibus coram positis, in hunc modum, quod filius meus Johannes habere debet<sup>3)</sup> triginta marcas denariorum Slauicorum tantum ad vitam suam de domino abbate in Hylda singulis annis, quod ego ipse in ecclesia Stoltenhagen in presencia eiusdem domini Heinrichi, abbatis de Hylda, et fratris Nycolai Albi et fratris Hermannii, quondam abbatum ibidem, necnon et in presencia venerabilis domini Arnoldi abbatis de Nouo Campo cantorisque Johannis de Aquis ac fratris Bernardi ordinans declarauit, ita quod prior Noui Campi, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, easdem triginta marcas tollet singulis annis et de predictis XXX marcis singulis annis dabit memorato filio meo Johanni tantummodo decem marcas ad victualia et cetera necessaria et alias viginti marcas prior reseruabit singulis annis, quousque ad viginti quinque annos peruenerit, quos annos secundum jus canonicum annos discretionis denomino, de quibus XXV annis habuit XVI annos, cum testamentum istud ordinarem. Item de duabus filiabus meis ordinaui testamentum, quod filia mea Elyzabeth viginti marcas denariorum habebit de eodem abbate Hyldensi singulis annis et alia filia mea Katerina habebit de predicto abbate Hyldensi decem marcas etiam singulis annis, quas sepedictus prior Noui Campi etiam tollet<sup>4)</sup> in vniuerso, et de eisdem triginta marcis dabit ambabus filiabus meis simul singulis annis decem marcas ad victualia et cetera necessaria, quousque annos quindecim compleuerint singule earum, quos quindecim annos discre-

tionis annos appellari denomino, de quibus XV annis Elyzabeth sex compleuerat et Katerina annos quatuor ipso tempore, quo istud testamentum legitime ordinaui; reliquas viginti marcas etiam ipse prior reseruabit. Cum autem ad iam dictos discretionis annos peruenerint, tam Johanni filio meo quam ambabus filiabus meis, quicquid in residuo prememoratus<sup>5)</sup> prior reseruauit de denariis supradictis, sepedicto filio meo Johanni pro rata portionis sue et Elyzabeth filie mee pro rata portionis sue nec non et Katerine filie mee pro rata portionis sue totum reddet sine omni lucri specie vel vsure. Si autem deo vocante predictum filium meum Johannem obire contigerit ante annos discretionis predictos, pars totalis ipsius pro salute anime mee monasterio Noui Campi integraliter remanebit. Cum autem filiam meam Elyzabeth decedere contigerit, eciam pars ipsius totalis dicto monasterio remanebit. Cum vero Katerinam filiam meam mori contigerit, similiter pars totalis ipsius sibi assignata sepedicto monasterio Noui Campi eternaliter remanebit. Tutores autem filiarum ambarum predictarum constitui priorem Noui Campi et Johannem et Hinricum, fratres, filios domine Metten, ciues in Tribuses, ita vt secundum timorem dei et confidentiam, quam semper habui ad eosdem, cum predictis filiabus meis infra annos discretionis earum circa ipsas agant et ordinent, quicquid eis videbitur expedire. Dedi insuper domui sancti Spiritus in Nouo Campo viginti quinque marcas, quas vitricus meus, dominus Johannes de Bruseuiz, soluere tenebitur, pro quibus fideiusserunt domini milites Cath, Fredericus Molteke, Georgius Molteke, Fredericus de Kercdorp. Quod hec predicta omnia rite et rationabiliter ordinaui, sciunt isti: Heinricus et Johannes, filii domine Metten, Hermannus Sartor, Johannes de Techelin, ciues<sup>6)</sup> in Tribuses, Petrus prior Noui Campi et frater Petrus furnarius ibidem, Heinricus Aduocatus, Heinricus Molendinarius, Johannes Pistor, Conradus Pistor, ciues in Richenberghe. Datum anno domini M.CC. nonagesimo septimo, in die Commemoracionis beati Pauli apostoli. Dedi<sup>7)</sup> eciam vxori mee XXVIII marcas denariorum, quas recipiet de hereditate in Ribeniz, necnon et domum argilleam in ciuitate Rostock. Insuper si predicta vxor mea post discessum meum per me grauida fuerit, dedi puero, quem gestauerit in vtero, LXIII marcas denariorum, quas dominus abbas<sup>8)</sup> Noui Campi mihi soluere tenetur; sin autem per me inpregnata non fuerit, easdem LXIII marcas junior filia mea Katerina habebit, cum ad quindecimum annum peruenerit.

<sup>1)</sup> Bertoldus. Fabricius. <sup>2)</sup> sigillo quoque. Desgl. <sup>3)</sup> debeat. Desgl. <sup>4)</sup> tollat. Desgl. <sup>5)</sup> prenumeratus. Desgl. <sup>6)</sup> eius. Desgl. <sup>7)</sup> Von hier ist die Urkunde mit blasserer Tinte von derselben Hand nach der Besiegelung auf den untern umgeschlagenen Rand des Pergaments geschrieben. <sup>8)</sup> Albertus. Fabricius.

Die sechs Siegel hingen an Pergamentstreifen. Erhalten ist ein Rest der Siegel des Abts Arnold, sowie des Pfarrers Marfilus.

Original im Kgl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Kl. Neuenkamp Nr. 59; Schöttgensche Abschrift von 1721 im Stett. Arch. P I Tit. 80 Nr. 498 fol. 34; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 912.

Gedruckt bei Fabricius III S. 106 Nr. 265; Hyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 618 (Regeft).

## 1811.

1297 Juli 16. (sequenti die proxima post Diuisionis sanctorum apostolorum festum) Colberg.

Die Ritter Ulrich und Friedrich, Gebrüder von Beuenhusen, verkaufen dem Nonnenloster zu Cöslin 13 Hufen mit dem halben Behnten zu Neuklenz für 198 Mark Pfennige.

In nomine domini amen. Uniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes littere peruenerint, Olicus et Fredericus, fratres milites, dicti de Beuenhusen, salutem in domino Jhesu Christo. Humane fragilitatis interest, contractus mutuos scriptis autenticis confirmare, cum acta fre-



quencius, tum per obliuionem tum per obitum vinorum testium discessa, a memoria elabantur, et ideo nonnunquam suenerunt a successoribus immutari. Noscat igitur felix presencium ac felicissima nacio futurorum, quod nos, inito maturo nostrorum amicorum consilio, nostris heredibus libera voluntate consencientibus, honorabili viro [domino] Nicolao preposito et sanctimonialibus claustris in Kussalyn pro ducentis denariorum marcis duabus marcis minus in villa Nykelen[z] sito[s XIII vendidi]mus mansos, ita quod antedictus prepositus et claustrum dimidiam decimam mansis habebunt in eisdem, cum omni iure feodali, vsufructu omnique libertate, sicut nos hactenus mansos habuimus [an]tedictos, et ipsos in perpetuum libere possidebunt cum dimidia decima, sicut superius est expressum. Si vero quispiam hominum mansos ante dictos et decimam dimidiam a nobis venditam impediens impulsauerit, extunc nos nostrique heredes cuiuslibet hominis mansos et dimidiam decimam impediens impulsacionem cassabimus, cuilibet impulsanti plenarie respondententes. Ad precauendum itaque errorem, qui super huiusmodi contractum posset a nostris successoribus in posterum exoriri, presens scriptum super eo dedimus nostris signaculis communitum. Testes sunt Marquardus de Rastorp, Ludeko de Slawikestorp, Nicolaus Kabold, milites, Lubbe Glasenap, Heinemannus filius domini Fr. de Beuenhusen, famuli, Hartmodus, Johannes de Rostoke, Ditmarus Landesbant, Webelo de Tremonia, Johannes de Scütsowe, Herderus Bolto, burgenses in Colberg, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Colberg, anno incarnationis domini M.CC. nonagesimo septimo, sequenti die proxima post Diuisionis sanctorum apostolorum festum et datum ibidem per manum Amelungij, notarii consulum in Colberch.

Die eingekammerten Worte sind aus dem Transsumte ergänzt.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Donacio ville Neelenize.

Bruchstück des ersten schildförmigen Siegels an schwarzen, rothen und gelben Seidenfäden anhängend. Drei Einführer über einander. Umschrift: S . . . . . litis de Beuenhusen.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Das beschädigte Original s. r. K. Cöslin Nr. 13, Original-Transsumt vom 15. August 1377 ebendas. Nr. 40; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 911.

## 1812.

1297 Juli 22. (in die beate Marie Magdalene) in Camyn.

Petrus, Bischof zu Camin, bestätigt dem Nonnenkloster zu Wolin die demselben durch seinen Gründer Herzog Bogislaw IV. verlehene Güter, insbesondere das Patronat der Kirche zu Wolin.

Frater Petrus, dei gracia episcopus Camynensis, dilectis in Christo filiabus, abbatisse et conventui sanctimonialium, ordinis Cisterciensis, monasterii in Wolin salutem et sinceram in domino caritatem. Cum a nobis petitur, quod rationi congruit, equitate suadente conuenit exaudiri. Hinc est, quod vestris iustis precibus nobis exhibitis, vt donacionem bonorum vobis ac vestro monasterio per nobilem virum, dominum Buggeslaum, pium fundatorem dicti monasterii, factam confirmaremus auctoritate ordinaria inclinati omnia bona vobis ac vestro monasterio per dictum ducem collata, donata, data et assignata in villis, agris, siluis, pascuis, nemoribus, aquis, cum eorum aquarum decursibus, piscacionibus, stagnis, paludibus et aliis quibuscunque possessionibus ex eis (!) et hereditatibus ac proprietatem eorundem in decimis et ecclesiis ac vtilitatibus ex eisdem prouenientibus vniuersis, sicut rite et canonice per dictum ducem tam in spiritualibus quam temporalibus facta sunt, data et assignata, rata et grata habemus et auctoritate nostra ordinaria in nomine domini confirmamus. Donacionem eciam iuris patro-

natus ecclesie in Wolin per sepedictum ducem vobis ac vestro monasterio fact[a]m<sup>1)</sup>, quam venerabilis in Christo pater bone memorie Hermannus, episcopus Camynensis, predecessor noster, confirmavit, adiciens vos dictam ecclesiam in Wolin cum omnibus ecclesiis, decimis et iuribus ad ipsam pertinentibus debere pacifice perpetuis temporibus possidere, quod ratum habendo in nomine domini cum omnibus aliis donacionibus, dotacionibus et assignationibus bonorum per dictum ducem vobis ac vestro monasterio factis, sicut rite et canonice sunt facte et prout in literis eiusdem principis plenius continetur, nostra auctoritate confirmamus. Nulli ergo hominum liceat predictas donaciones et nostras confirmaciones infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem contrarium facere presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli [s]e<sup>2)</sup> noverit incursurum. Datum in Camyn, anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VII, in die beate Marie Magdalene.

Ueberschrift in rother Farbe: Confirmacio domini Petri fratris, episcopi Camynensis, super fundacione monasterii in Wolin et super dotacione eiusdem et super donacione iuris patronatus ecclesie in Wolin etc.

1) factum W. 2) ne W.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Bolliner Original-Matrikel fol. 28 Nr. 33 (W); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 902.

1813.

1297 August 9. (in vigilia beati Laurentii) in Grifenberg.

Der Ritter Siegfried Lode schließt einen Vergleich mit Petrus, Bischof zu Camin, über die Zehnten des Dorfes Trigelaf.

Uniuersis, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, Sifridus miles, dictus Lode, salutem in domino. Quando res gesta scribitur, omnis, que per lapsum temporis posset suboriri, dubietas amputatur. Ea propter presenti scripto notum esse cupimus vniuersis publice protestando, quod omnis contencionis materia, que inter venerabilem in Christo patrem dominum Petrum, episcopum Caminensem, ex vna parte et inter nos ex altera super decima ville nostre in Trighelowe vertebatur, sic extitit amputata, quod anno presenti e[is]dem<sup>1)</sup> episcopo octo tremodios frumenti duplicis exsoluere debemus; ab hoc autem anno imposterum dicto domino P. episcopo uel eius successori, qui pro tempore fuerit, decimam de dicta villa in campo persoluere teneremur, si non pro certo frumento, pro dicta decima exsoluendo episcopo, qui pro tempore fuerit, concordauerimus annis singulis cum eodem. Huius autem rei testes sunt dominus Wislaus custos, Hil. scolasticus, Fredericus dictus de Swartelose, canonici Caminenses, Hermannus miles dictus Turingus, Hinricus plebanus in Treptow, Ludewinus (!) plebanus in Grifenberch, Sifridus et Johannes dictus Camelin et<sup>2)</sup> Colberg, consules ciuitatis in Colberg. Et quia proprium sigillum nostrum non habuimus, sigillis magistri Lamberti canonici Caminensis et Hinrici plebani in Treptow vsi sumus hac vice. Datum et actum in Grifenberg, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, in vigilia beati Laurentii.

Ueberschrift: Super decima ville Trighelow.

1) eodem. Cam. Matr. 2) Statt de?

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Caminer Matrikel I fol. 21 v; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 909.

1814.

1297 August 22.  
September 15. (in octava virginis beatae Mariae)<sup>1)</sup>.

Swenzo, Palatin zu Danzig und Stolp, bekundet, daß der Ritter Mestin sein Dorf Borchow an den Ritter Luthemar verkauft hat.

In nomine domini amen. Quia omnia labuntur cum mutatione temporum, necesse est, quae sunt vtilia et fuerunt durabilia, ut munimine sigillorum roborentur. Vnde notum esse volumus, quod nos palatinus in Gedantz et Stolp vtrique prouinciae nomine suo praepositus Swentze [protestamur]<sup>2)</sup>, quod Mestin miles, frater subcamerarii videlicet [M]eseken<sup>3)</sup>, villam Borchowe sitam circa villam Lekowe vendidit cum omni iure et attinentiis Luthemaro militi et suis successoribus ac posteris pro tali pecunia, sicuti in invicem ordinauerunt et illorum propria voluntas complacebat, ita quod praedicta[m] villa[m]<sup>4)</sup> Borchowe in vi[is]<sup>5)</sup> et invi[is]<sup>5)</sup> in syluis et bonis, in pratis et pascuis, in auri fodinis et argenti [fodi]nis<sup>6)</sup> et omnis generis metalli, cum iudiciis, sicut terra nostra exigit et concedit, firmiter absque vlllo impedimento, sicut nos possedimus a domino nostro Mestwino beatae memoriae iam defuncto, militi Luthemaro cum suis successoribus ac posteris jure haereditario tradimus possidendam<sup>7)</sup>. Huius rei testes sunt Swenzo palatinus in Gedanze, Meseco subcamerarius in Stolp, Petrus subcamerarius in Slawena, Virchewicz miles in Redenthin, sub horum sigillorum [appensione]<sup>8)</sup> in rei testimonium praesens scriptum duximus declarandum. Datum anno domini millesimo ducesimo nonagesimo septimo, in octava virginis beatae Mariae.

<sup>1)</sup> Gewöhnlich wurden nur die Octaven von Assumptio und Nativitas Mariae gefeiert. Vergl. Göttesend, Handbuch der Chronologie S. 112. <sup>2)</sup> Von späterer Hand nachgetragen. B. <sup>3)</sup> Oreseken. B. <sup>4)</sup> predicta villa. B. <sup>5)</sup> via et invia. B. <sup>6)</sup> argentinis. B. <sup>7)</sup> Perlbach meint, die Konstruktion sei völlig verwirrt, jedoch ist der Satz ganz richtig, wenn statt predicta villa der Accusativ predictam villam eingesetzt wird. <sup>8)</sup> Fehlt in B.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Buxower Matrifel fol. 153 v (B); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 901.

Gedruckt bei Perlbach, Pomm. Urk.-Buch S. 494 Nr. 549.

1815.

1297 August 22.  
September 15. (in octava virginis)<sup>1)</sup> Stralessundis.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, überträgt dem Ritter Guzlau von Diuiz das Eigenthum von vier Hufen im Dorfe Rüstrow zur Dotirung eines in einer Kirche des Fürstenthums Rügen zu gründenden Altars, dessen Patronat dem Ritter Guzlau zustehen soll.

Wiz. dei gracia princeps Ruyanorum omnibus Christi fidelibus presens instrumentum cernentibus salutem etc. Quoniam principum interest, qui constituti sunt in partem sollicitudinis monarchie per eum, per quem reges regnant et principes optinent principatum, vt subditis suis propter fidei deuocionem et obsequii puritatem, quam certis indiciis sunt experti, exhibeant et inpendant gratiam et beniuolenciam pre ceteris ampliorem, vt, vbi fides per operis euidentiam, ibi remuneracionis premium dignissime sit paratum. Hinc est, quod nos consideratis sinceritatis affectibus, quos ad personam nostram dominus Guzlauus de Diuitze, miles honestus fidelis et dilectus, gerere conprobatur, eidem domino Guzlauo et suis iustis

heredibus ob diuine remuneracionis intuitum contulimus proprietatem quatuor mansorum in villa Kvsterow nuncupata sitorum, cum omni iure et vtilitate ad altare, quod predictus miles pro remedio suo et omnium propinquorum suorum ad honorem omnipotentis dei et beate Marie virginis necnon sancti Johannis apostoli et ewangeliste construere et dotare poterit in ecclesia nostri domini, vbicumque decreuerit magis expedire, volentes, ut dicti quatuor mansi a nostra et omnium successorum nostrorum inquietacione, cum omni iure, ut diximus, in campis, aquis, pascuis, siluis, pratis, cultis pariter et colendis, a sacerdote, qui dictum altare a predicto milite et suis heredibus comode possideant<sup>2)</sup> ab angariis omnibus videlicet precaria exactione, denariis monetalibus, structura poncium et vrbium ac ceteris grauaminibus, cum maiori et minori iudicio liberi sint penitus et exempti. Nos eciam ex precedentibus meritis piam dicti militis deuocionem considerantes statuimus cum bona voluntate, ut predicti altaris ius patronatus siue collatio libere pertineat ad eundem militem et suos heredes, ita quod, quandocumque vacauerit huiusmodi altare, sepedictus miles et sui legitimi heredes de persona ydonea prouideant et instituant, nullius nisi eorum solo super hoc arbitrio requisito, adicientes quod per vicarios istius altaris non debet vero<sup>3)</sup> plebano in ecclesia illa, in qua dictum altare constructum fuerit, preiudicium aliquod generari, super quo (dict[o]<sup>4)</sup> militi et suis) ad perpetuam rei memoriam presens scriptum sigilli nostri robore communitum dicto militi et suis heredibus dedimus ad cautelam. Huius rei testes sunt Reyfridus (!) de Penize, Jo. Morder, Hinr. et Bertoldus de Ost, marscalci nostri, Johannes Kabolt, Nico. Kalant, Matheus Molteke, Jo. Wokenstede, Hinr. de Dechow Conr. Dotenberg, necnon plures alii fide digni. Datum Stralessundis, per manum Johannis de Zalis, curie nostre notarii, anno domini M.CC.XC. septimo, in octaua virginis.

<sup>1)</sup> Vergl. Ann. 1 von Nr. 1814. <sup>2)</sup> possideantur. Cod. Rug. <sup>3)</sup> viro. Fabricius. <sup>4)</sup> dicti. Cod. Rug.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 103; Bibl. der Gef. für Pomn. Gesch.: Dreger, Registratur III (1297) Nr. 17.

Gedruckt bei Fabricius III S. 107 Nr. 267.

1816.

Unecht.

1297 September 10. (quarto ydus Septembris) Grypeswolt.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, verleiht mit Zustimmung seiner Söhne Wizlaw III. und Sambor der Stadt Greifswald das Recht, einen Hafen am Ausfluß des Ryck neben dem Dorfe Densche Wyk anzulegen, mit der vollen Gerichtsbarkeit und der Fischerei in diesen Gewässern.

Wyzlaus, dei gracia princeps Rugianorum, omnibus Christi fidelibus salutem in domino sempiternam. Cum omnium habere memoriam potius est diuinitatis quam humanitatis, expedit igitur, ut acta principum, que robur perpetue firmitatis sortiri debent, scriptis auctenticis et testibus ydoneis confirmentur. Quamobrem notum esse volumus nacionibus presentibus et futuris, quod cum vnanimi consensu et bona voluntate dilectorum filiorum nostrorum, Wyzlai videlicet et Zamburi, maturo eciam habito nostrorum fidelium consilio, dedimus et contulimus et tytulo donacionis appropriauimus<sup>1)</sup> honestis viris nobis dilectis consulibus et burgensibus ciuitatis Grypeswolt, ob multimoda beneficia et seruicia nobis ab ipsis sepius exhibita et impensa, plenam auctoritatem, potestatem et facultatem liberam fodendi, construendi, edificandi portum in domineo nostro in loco sito in salsa aqua iuxta villam Densche Wyk, vbi

influit aqua, que dicitur Ryk, et vbi eis maxime expediens videbitur et oportunum, absque contradiccione quorumlibet perpetuis temporibus quiete, feliciter, libere ac pacifice possidendum, volentes nichilominus, ut dicti consules et burgenses ac eorum successores ex eo, quod dictus portus fit propter necessitatem tocius dominei nostri et omnium mercatorum, qui naufragium ibidem et pericula plurima paciuntur propter aeris intemperiem pro comodo suo et vtilitate omnium mercatorum in dicto portu supra portum iuxta Bolwerck et infra a fossato iuxta villam Densche Wyk, qui extendit ab aqua Ryk a parte australi versus partem aquilonarem usque in aquam salsi maris, prout melius poterunt, in edificiis ac in omnibus suis necessariis suam vtilitatem faciant et peragant comodum et profectum. Eciam cum piscatura in dictis aquis nostris et cum omnibus suis vtilitatibus et libertatibus necnon in eadem aqua et ipsius aque littoribus in dicto portu supra portum iuxta bolwerck et infra omne ius summum et ymum, videlicet in collum et in manum, et minoris iusticie vtilitatem, sicut ad nos et nostros progenitores pertinebant, contulimus et iure donacionis appropriauimus et perpetuo appropriamus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium et stabile munimentum nostras patentes litteras dictis consulibus et burgensibus dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Testes huius nostre ordinacionis et donacionis rationabilis sunt Reynfridus de Penyz, Marquardus cum Thorace, Hinricus de Vycen, Bertoldus de Osta, Lodewykus Kabolt, milites nostri, et plures alii fidedigni. Datum Grypeswolt, in domo fratrum predicatorum, anno domini MCCCXC septimo, quarto ydus Septembris.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Literam in Teutunico inuenies in libro priuilegiorum folio vicesimo nono.

<sup>1)</sup> appriauimus. Urchrift.

Siegel nebst Pergamentstreifen fehlt.

Urchrift im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 49; Copiar. Grips. fol. 50, in deutscher Uebersetzung fol. 29, 33, II fol. 33, IV fol. 10, 38; Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Po m. dipl. Mser. IV Nr. 900.

Gedruckt bei Dähnert, Pomm. Biblioth. IV S. 11, V S. 303 (deutsche Uebersetzung); Fabricius III S. 107 Nr. 266 (September 9); Hanfisches Urk.-Buch I S. 421 Nr. 1245 (Hegefte zu Sept. 9); Pyl, Gesch. des Kl. Eldena (Hegefte zu Sept. 9).

Die Urkunde gehört in ihrer vorliegenden Gestalt nicht dem Jahre 1297 an, ist vielmehr erst im 15. Jahrhundert geschrieben. Ihre Schriftzüge entsprechen fast denen der Registratur der Rückseite und es ist nicht unmöglich, daß nach der auf folio 50 des ältesten Greifswalder Copiars befindlichen Abschrift im 15. Jahrhundert ein neues angebliches Original hergestellt wurde.

1817.

[1297 um September 10].

Wizlaw III., Fürst zu Rügen, beauftragt den Mönch Heinrich, Procurator des Klosters Hiddensee, den Bewohnern von Schaprobe die Verordnung wegen der Freiheit der Kaufleute vom Strandrecht einzuschärfen.

Wiszlau, dei gracia iunior princeps Rvgianorum, H. monacho et speciali amico suo procuratori fratrum in Hiddenze in omnibus se beniuolum ac super omnes promptissimum defensorem. Nouerit vestr[o]rum<sup>1)</sup> fratrum congregacio amabilis ac vestra dileccio specialis, quod cum bona voluntate dilecti patris nostri Wiszlai, fratris nostri ac nostro consensu et aliorum vasallorum nostro[rum]<sup>2)</sup> pro nostrorum remedio peccaminum et pro eterna retribucione, quia nichil boni irremuneratum ab eterno iudice, omnibus mercatoribus ad nostram terram uel ciuitatem Stralessund applicantibus hanc contulimus libertatem, ut quicumque ex ipsis, diuina sic disponente prouidencia, in confinio terre nostre naufragium pass[uri]<sup>3)</sup> fuerint, ne dolor super

dolorem vlnorum addatur, ipsos et bona siue res ipsorum ab omnibus quietauimus et in nostram recepimus proteccionem. Hinc est, quod petimus, volumus et mandamus, quatenus istam libertatem ad presens illis de Scaprode aduenientibus audacter exponatis et in futuro; si necesse fuerit, nostri causa ipsos humiliter deprecantes, ut libertatem, quam<sup>4)</sup> donauimus, in nullo uiolare studeant, sed ratam teneant, quod utique uolumus et omnino fieri suademus, Valet in virginis filio et participacionem nobis dari vestrarum oracionum desideramus, volentes procul dubio, ut si quid vobis ac vestris a nobis fieri uolueritis, fiducialiter requiratis.

Ueberschrift: De libertate omnium nauigancium.

<sup>1)</sup> vestrarum. Abschrift. <sup>2)</sup> nostro. Desgl. <sup>3)</sup> passui. Desgl. <sup>4)</sup> qua. Desgl. libertate qua. Fabricius.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Alte Copie des 14. Jahrhunderts auf Pergament s. r. Bl. Hibdensee Nr. 66; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. V Nr. 972 (1300).

Gedruckt bei Fabricius III S. 112 Nr. 277 (1296—1302); Hans. Urk.-Buch I S. 421 Nr. 1246 (Regest). Ueber die Datirung vergl. die Anmerkung im Hans. Urk.-Buch.

## 1818.

## 1297 October 1. (in die beati Ottonis episcopi) in Stetin.

Herzog Otto I. bezeugt, daß nach der Aussage des Ritters Konrad von Elsholt und mehrerer Stettiner Bürger Rudolf von Mähringen seinen Hof zu Schwarzow an Johann Schöle den älteren, Bürger zu Stettin, verkauft und vor Jaromar, Bischof zu Camin, aufgelassen habe.

Nos Otto, dei gratia dux Slauorum et Cassubiae, praesentium apice literarum manifeste recognoscimus et publice profiteamur, quod Conradus de Elsholt, miles et noster vasallus, Johannes de Colonia, Petrus de Brakel, Johannes Wussow, Arnoldus Bochemile, Arnoldus Albus et Johannes Luskus junior, nostri dilecti ciues in Stetin, coram nobis et nostris vasallis quam pluribus, Johanne inclito comite de Gutzkowe, nostro consanguineo dilecto, Wilhelmo Trampone, Lodewico Kedinge, Vol[c]ek[i]no<sup>1)</sup> de Elsholt, Heinrico de Heidebrake juniore et Johanne de Kremmesow, militibus, Luchtone nostro marscalco adhuc famulo, patenter et publice fatebantur, Rodolfum de Möringe curiam suam circa ciuitatem nostram Stetin, quae Schwertzow dicitur, cum omni vsufructu, terminis, metis, pascuis, pratis, agris, cultis et incultis, sicut iam dictus Rodolfus de Moringe habuit et possedit, Johanni Lusco seniori, cui nostro in Stetin dilecto, rationabiliter ven[di]disse<sup>2)</sup> et coram venerabili patre nostro in Christo, domino Jaromaro, piae memoriae, quondam sanctae Caminensis ecclesiae electo et confirmato, prout juris erat, ad manus iam dicti Johannis Lusci et haeredum suorum legitimorum resignasse, ipsumque dominum electum Jaromarum saepedicto Johanni Lusco bona iam taxata et suis cohaeredibus in verum et iustum feudum benigne et rationabiliter contulisse; haec autem sic ex integro habita et per singula finita idem Rodolphus coram nobis et nostris vasallis iam praemissis personaliter similiter fatebatur. Vnde ex quo tot voces testium idoneorum super dicta emptione, resignatione et collatione audiuius et vocem ipsius venditoris coram nobis sic singula confirmare ipsum Johannem in omnibus processisse debite et rationabiliter approbamus cum praesenti pagina sigilli nostri munimine roborata. Datum et actum in Stetin, sub anno domini M.<sup>o</sup>CC.<sup>o</sup>XC.<sup>o</sup> septimo, in die beati Ottonis episcopi.

<sup>1)</sup> Volmekano S. <sup>2)</sup> vendisse S.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Abschrift des 16. Jahrhunderts beglaubigt durch Israel Kaytow im Stett. Archiv PI Tit. 57 Nr. 15 fol. 23 (S).

1819.

1297 November 25. (in die sancte Katherine virginis).

Volrab V. (von Frempe), Bischof zu Brandenburg, überträgt dem Prior des Klosters Jaseniz die Verwaltung der Kirche zu Petersdorf und deren Filiale Luberseken.

Vol., dei et sedis apostolice gratia episcopus Brandenburgensis, vniuersis christifidelibus salutem in vero salutari. Nouerint vniuersi, quod nos priorem in Gobelenhagen, Caminensis dyocesis<sup>1)</sup>, inuestiuimus et concessimus eidem curam ecclesie in Peterstorp et eius filie in Luberseken, dyocesis Brandenburgensis. In cuius testimonium presentem paginam fecimus assignari appensione nostri sigilli. Datum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVII<sup>o</sup>, in die sancte Katherine virginis.

Ueberschrift: Priuilegium de inuesticione et cura ecclesie in Peterstorp (P I).

<sup>1)</sup> dyocesis Caminensis P II.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrifel P I Nr. 51, P II Nr. 64; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 913.

Gedruckt bei Nibel, Cod. dipl. Brand. I 13 S. 320 Nr. 17.

1820.

1297 Dezember 8. (in crastino post octauam beati Andree apostoli) Stralessundis.

Die Rügischen Ritter Heinrich und Berthold v. d. Osten, Heinrich von Wizen, sowie Joachim und Ernst Budde bezeugen, daß Detlew, ehemaliger Vogt der Insel Hiddensee gegen Zahlung von 40 Mark Pfennige auf alle Ansprüche an das Dorf Grieben und mehrere Wiesen zu Gunsten des Klosters Hiddensee verzichtet hat.

Nos Hinricus et Bertoldus, de Ost dicti, Hinricus de Vican, Joachim et Ernestus Budde, milites domini Wizloui principis Ruyanorum illustris, omnibus Christi fidelibus presens instrumentum cernentibus notum facimus per presentes, inter dominum Hinricum abbatem monasterii de Hyddensø ex vna et inter Detleuum quondam eiusdem insule aduocatum filiosque suos omnes parte ex altera super discordia cuiusdam ville ibidem videlicet Hyddense site, Griben nuncupate, et inpeticione aliorum bonorum seu possessionum, pratorum quorumlibet ibidem existencium, esse nobis presentibus concordiam amicabilem duraturam perpetuo ordinatam sub hac forma, quod dominus abbas predictus Detleuo et suis filiis legitimis, vt ab inpeticione bonorum omnium, si qua habuerant in insula memorata, cessarent iugiter penitus et omnino, in parato condonauit XL marcas denariorum Slaucalium monete solubilis et datiuæ, et ipsi Detleuus et sui coram nobis omni iuri, quod habere poterant de cetero perpetuo in bonis predictis, de plano ac simpliciter renunciarunt et ab omni inquietacione et inpeticione, quam mouere possent amplius in futurum, animum suum penitus relaxarunt. In cuius rei testimonium euidentis et certitudinem pleniorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum Stralessundis, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XC<sup>o</sup> septimo, in crastino post octauam beati Andree apostoli.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium Dettleui et filiorum suorum, qui morabantur in Hyddense.

Die fünf Siegel hingen an weißen Leinwandfäden. Erhalten ist ein geringes Fragment des ersten mit dem v. d. Ostenschen Wappen (Fluß und Schlüssel), ein etwas größeres des dritten mit einem Reste des Wizenschen Wolfes und den Buchstaben . . . . . tz . . . . . und fast ganz das vierte Siegel, mit der Umschrift: S. domini . . . . . mi . . . . ., im Siegelfelde ein W. u.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. M. Hiddensee Nr. 3; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 908; Bibl. der Ges. für Pom. Gesch.: Dreger, Registratur (1297) Nr. 8; Flemphens Extract zc. fol. 61v.

Gedruckt bei Fabricius II S. 109 Nr. 269.

Nicolaus Borko und Borko mit ihren Brüdern tragen den Markgrafen Otto, Conrad, Johann und Otto zu Brandenburg ihren ererbten Besitz zu Lehen auf.

Nos Nicolaus, dictus Borko, et Borko cum fratribus presencium litterarum pagina protestamur, quod a venerabilibus principibus dominis Ottone, Conrado, Johanne, Ottone, marchionibus Brandenburgensibus et de Lantzberg, bona nostra recepimus, que patres nostri et progenitores nobis hereditauerunt et rite et legitime possiderunt in omnibus finibus terminorum, quemadmodum antiquis temporibus habuerunt. Preterea promittimus antedictis dominis nostris marchionibus cum omni fide, dilectione et constancia fideliter deseruire nec ab eisdem vnquam nostro sincero seruicio in perpetuum separari, vt interueniente nostro fideli obsequio valeat nobis profectus et vtilitas generari. Vt autem hec nostra receptio honorum nostrorum inuolabiliter perseueret, presentem litteram conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum anno domini M.CC.LXXXXVII.

Rgl. Geheimes Staats-Archiv zu Berlin: Churmärkisches LehnsCopialbuch II S. 65.

Gedruckt bei Gercken, Cod. dipl. Brand. III 84; Nibel II 6 S. 26 Nr. 2216, I 18 S. 100 Nr. 1; Metze, Regesta Neomarch. I S. 53.

Vidante, Herr zu Regenwalde, beschreibet die Grenzen des von ihm dem Kloster Dargun verkauften Dorfes Neffin.

Nos Vidant, dominus de Regewolt, vniuersis hanc litteram visuris publice protestamur, parati sacramento seu quocunque modo nobis jus dictauerit fidem facere dicendorum, quod cum villam Nesin a progenitoribus nostris ad nos deuolutam fratribus monasterii Dargunensis venderemus, terminos ad eandem villam pertinentes ex antiquo ipsis demonstrauius, sicut de iure debebamus, qui incipiunt in quadam palude, que Slauice dicitur Michateblota<sup>1)</sup>, in qua conueniunt termini Ceymoycel, Nereze et Nesin, a qua protenduntur ad quandam quercum desecatam, cuius truncus adhuc terre est affixus, ab hinc vergunt ad quandam fagum antiquitus circumfossam, a qua progrediuntur ad foueas wlpium, et ab illis se extendunt directe ad quercum, de cuius quasi radicibus uidetur succreuisse magna vibex, et ab illa ad quandam fagum, cuius magnam partem decussit uentus, abinde protenduntur directa linea ad duas fagos, stantes iuxta magnam paludem, in qua conterminant ville Borisow et Nesin ex vna parte et ex altera Nemer et Nesin, a quibus fagis procedunt ultra per medium paludis usque dum veniatur ad paruam insulam in ipsa palude iacentem, in qua stat quercus, que est pro terminis, a qua protenduntur directe per ipsam paludem ad truncum quercus desecate, qui quasi iam totus deperit et modice adhuc terre affixus aparet (!), iuxta antiquam uiam quondam Colberg ducentem et abinde decurrunt per quandam concauitatem in riuum Bloteniz, per quem ascendunt usque ad fontem . . . . .<sup>2)</sup> deriuantem in eundem riuum, a quo sursum ascendentes per campum se extendunt ad truncum quercus desecate, que quondam fuit pro terminis inter Garin et Nesin, ab hinc directe ad quandam paludem estiuo tempore siccam, que palus tota est in terminis Garin et campus in terminis Nesin, abinde uadunt per rubetum usque



ad truncum quercinum stantem ultra uiam ducentem de Nesin in Seuelte, a quo descendunt per quandam uallem in paludem habentem in se aggerem, in quo antiquitus erat castrum situm, qui agger totus est in terminis Nesin, a quo decurrunt in fluuium Bloteniz. Verum cum dictos terminos fratribus Dargunensibus explicare et deligare ipso iure teneremur et capitalibus inimiciciis ac negociis arduis prepediti personaliter hoc facere non possimus, ne per nostram absenciam in suo iure paciantur detrimentum, presenti scripto facimus absentes, quod oretenus facere deberemus presentes, quia uidelicet priores et antiquiores in possessione dicte uille fuerimus, quam hii, qui ipsius terminos impetunt, eo quod ab auo nostro ad nos fuerit deuoluta, contestamur, quod deus nos ita adiuuet et sui sancti, sicut suprascripta distinctio terminorum iusta et legitima est et pertinet ad uillam Nesin et monasterium Dargunense. In cuius rei euidentiam presentem litteram super hoc confectam sigillo nostro confirmamus. Datum Regewolt, anno gracia MCCCXCVII.

<sup>1)</sup> oder Michaceblota. <sup>2)</sup> Lücke im Original gelassen.

Das Siegel nebst dem aus dem Pergament der Urkunde geschnittenen Siegelband abgerissen.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Colberger Domkapitel Nr. 10<sup>a</sup> (früher im Archiv der Kirche zu Kerstin bei Berlin.) Unten auf dem Anfange des Siegelbandes steht noch: Nos.

1823.

1297.

Testimonium Elisabeth, ebtissin von Wollin, das Anna, Godfridi von Wratischlaw's Tochter, eine begebene jungfraw im closter zu Wollin, daß wasser Schwanteuz vnd desselben Zubehorung widerumb dem capittel S. Marien kirchen vor 1 summa geldts hat resigniret, und bekend gemelte ebtissin, das das geld in ihrer kirchen nutz vnd bestes gewendet.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Regeste in der Matrikel des Marienstifts s. r. Tit. I Sect. I Nr. 1 fol. 20 (in der Mitte der Vorderseite).

1824.

[1297.]

Bogt und Rathmannen zu Straßund bezeugen der Stadt Lübeck ihr Beileid über die Erschlagung ihres Bogts und mehrerer Bürger und verheißen Unterstützung.

Prouidis uiris et honestis dominis consulibus ciuitatis Lubicensis aduocatus, consules in Stralessund honoris et seruicii, quantum possunt. Nouerit uestra dilectio, quod postquam uestras litteras recepimus, contristati fuimus nimium et turbati de uestra perturbacione et de occisione honesti uiri aduocati et burgensium uestrorum, volentes pro eo omnia facere pro uestra possibilitate, que a nobis decreueritis facienda. Valete.

Adresse: Dominis consulibus ciuitatis Lubicensis detur.

Schwache Spuren des aufgedrückten Siegels noch vorhanden.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt im Lübb. Urk.-Buch I S. 600 Nr. 669; Fabricius III S. 109 Nr. 270; Meff. Urk.-Buch IV S. 2 Nr. 2427. Ueber die Datirung vergl. das Lübbische Urk.-Buch.

1825.

## 1298 vor Januar 6. (ante Epyphaniam) in Trseuia.

Wladislaus, Herzog zu Groß-Polen, Pommerellen &c. bestätigt dem Kloster Eldena die Schenkung des Herzogs Mestwin über Strippau, Rlanau und Mariensee.

In nomine domini amen. Quod magnifica principum decreuit auctoritas, ratum debet atque stabile permanere. Proinde nouerint vniuersi atque futuri (!) presentes litteras inspe-cturi, quod nos Wladislaus, dei gracia dux Maioris Polonie, Pomoranorum, Lanchicie, Cuyauye ac Syradie, ad instanciam et petitionem venerabilis patris nostri, domini Henrici abbatis de Hylde, Caminensis diocesis, ordinis Cystersiensis, fidelia seruicia ipsius atudentes (!) donaciones patris (!) nostri domini ducis Mistywggy, bone memorie, Pomoranorum super villas et (!) fratrum suorum, que Strepow, Clonouo et Priuisa nuncupantur, confirmamus. Damus eciam domino abbati in prefatis villis XII annorum libertatem, videlicet a naraz, a poredlne (!), a castro, a pontibus et ab omni exactione, que ad dominium nostrum spectant, peragenda omni-modam contulimus libertatem tali modo, ut incole et inhabitatores villarum iam dictarum coram palatino, castellano seu quam (!) iudicibus ipsorum citati nullatenus respondere tenebuntur. Et ne quisquam iam memoratis villis et incolis ibidem liuore ductus in posterum conaretur insultare, nos presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Trseuia, ante Epyphaniam domini, presentibus hiis testibus, quorum nomina subsecuntur, comite Swenca palatino in Slubsco, comite Vasilone palatino in Trsew, comite Stanislao palatino de Swece, comite Wneslao castellano Gdanensi, comite Adam castellano de Swece, comite Styborio castellano, comite Laurencio castellano in Stolck (!), Andrea subcamerario, Juliano castellano et aliis quam plurimis fide dignis, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo VIII.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Confirmacio Wladeslai super Mistngii (!) super Strepow de Hilda.

Das Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Königsberg: Original s. r. Schubl. LV Nr. 75.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 496 Nr. 551; Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 618 (Regest).

1826.

## 1298 Januar 9. (feria V post Ephifaniam domini) in capitulo Caminensi.

Wizlaw, Custos, und Hildebrand, Scholasticus zu Camin, schlichten als erwählte Schiedsrichter einen Streit zwischen Bischof Petrus und Probst Johann zu Camin wegen des Patronats der Kirche zu Lassan, worauf die beiden Parteien sich mit dem Schiedspruch einverstanden erklären und das Caminer Domkapitel Obiges bezeugt.

In nomine domini amen. Nos Weslaus custos et Hildebrandus scolasticus, canonici ecclesie Caminensis, notum esse cupimus vniuersis, quod uenerabilis in Christo pater, dominus frater Petrus episcopus Caminensis et dominus Johannes eiusdem ecclesie prepositus in nos compromiserunt ad amputandum (!) per compositionem amicabilem contencionis(?) materiam, que super iure patronatus ecclesie in Lassan inter eosdem diucius<sup>1)</sup> uertebatur. Recepto itaque in nos huiusmodi compromisso et habitis pluribus per nos diligenter tractatibus super premissa contencione sopienda, communicato eciam consilio discretorum, dictam contencionis materiam, que minus decenter in utriusque partis incommodum et ecclesie Caminensis grauamen iam longo

tempore duravit, pro bono pacis et concordie amputanimus hoc modo, quod Johannes sacerdos dictus de Gutzekow, cui dominus Lambertus quondam prepositus Caminensis eandem ecclesiam in Lassin contulerat, eam obtineat tempore uite sue. Decetero uero, postquam sepedictam ecclesiam in Lassin uacare contingerit, collatio et ius patronatus ipsius ecclesie ad episcopum Caminensem, qui pro tempore fuerit, perpetuis temporibus permanebit, qui eandem sine contradictione cuiuslibet conferat, quociens uacauerit, cui merito duxerit conferendam. In cuius rei testimonium et noticiam pleniorum presens scriptum nostrorum sigillorum munimine fecimus communiri. Nos uero frater Petrus, dei gracia episcopus Caminensis, presentibus recognoscimus, quod in causa, que inter nos ex vna et dominum Johannem, prepositum nostre ecclesie Caminensis, uertebatur super iure patronatus ecclesie in Lassin, in dictas personas prouidas et honestas, Wis. custodem et Hil. scolasticum, canonicos Caminenses, compromisimus, compositionem amicabilem per eosdem factam et ordinatam, que superius exprimitur, ratam habentes et gratam. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Et nos Johannes prepositus Caminensis presenti scripto recognoscimus, quod modo simili in causa premissa compromisimus in personas antedictas, ratam et gratam habentes compositionem per dictos dominum custodem et scolasticum pro bono pacis et concordie super premissis ordinatam et promulgatam, que superius enarratur. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum est appensum. Et nos Johannes decanus, Johannes cantor totumque capitulum ecclesie Caminensis recognoscimus et attestamur, omnia premissa ita esse facta, acta et ordinata, sicut supra plenius enarrantur ac utramque partem ea grata habuisse et rata in nostra presencia. Nos etiam omnibus premissis nostrum adhibuimus consensum. In premissorum uero testimonium sigillum (!) nostri capituli munimine presens scriptum fecimus communiri. Datum <sup>2)</sup> in capitulo Caminensi anno domini M.CC.XC.VIII, feria V post Ephifaniam (!) domini.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De iure patronatus in Lassin.

<sup>1)</sup> diuicius. Original. <sup>2)</sup> Das Datum mit dunklerer Tinte nachgetragen.

Die fünf Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Bischof Camin Nr. 11; Caminer Matrikel II fol. 9; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 923.

1827.

1298 Januar 13. (in octaua Epyfanie domini) in Dansk.

Wladislaus, Herzog des Reiches Polen und zu Pommerellen etc., bestätigt der Stadt Elbing Freiheit von Zoll und Strandrecht, wie sie ihr von Mestwin und Przemislaus verliehen war.

Actum in Dansk et datum in octaua Epyfanie domini, presentibus hiis testibus: fratre Rudinero domino abbate de Oliua, fratre Heinrico domino abbate de Polpelin et pan Suenz castellano (!) de Stolp, pan Adam castellano de Sueicz, comite Mathia iudice, comite Kelchone castellano Gnezenensi, comite Alberto dicto Gaska de Ustwolna, domino Rudgero vicecancellario Cuyauiensis, qui tenet sigillum domini, domino Tesslao <sup>1)</sup> subcancellario Pomoranie, sub anno incarnationis domini M.CC. nonagesimo VIII.!

<sup>1)</sup> Persbach: Cesslao.

Das Siegel an grün- und rothseidenen Fäden anhängend.

Stadt-Archiv zu Elbing: Original s. r. A I Nr. 17.

Pommerisches Urkunden-Buch Band III.

Gedruckt bei Dogiel, Cod. dipl. Pol. IV S. 36 Nr. 43; Monum. hist. Warm. I S. 179 Nr. 104; Cod. dipl. Maj. Pol. II S. 138 Nr. 769; Berlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 498 Nr. 553. Regesten in Regesta Warm. S. 61 Nr. 189; Wolfmann, Catalog des Elbinger Stadt-Archivs 6; Berlbach, Preuß. Regesten Nr. 1196; Hans. Urk.-Buch 1 S. 425 Nr. 1267.

1828.

1298 Januar 21. (XII kalendas Februarii) Rome apud sanctum Petrum.

Papst Bonifaz VIII. bestätigt dem Kloster Elbena seinen Grundbesitz in der Diöcese Schwerin und das Patronat der Kirchen zu Denschewich und Neuenkirchen.

Bonifatius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis . . . abbati et conuentui monasterii Hildensis, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod nobiles viri Jaromarus et Wizalaus, principes Ruyanorum, Casimarus et Wartizlaus, eius filius, Diminenses, ac Buguzlaus et Barnim, Stetinnenses duces, Zwerinensis et Caminensis diocesis, cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, ius patronatus, quod in Denschewich et Nienkerken ecclesiis, Zwerinensis diocesis, obtinebant, venerabilis fratris nostri . . . episcopi et dilectorum filiorum capituli Zwerinensis ad id accedente consensu, necnon quasdam curias, villas, domus, vineas, agros, redditus, census et possessiones, sitos in dicta diocesi Zwerinensi, tunc ad ipsos nobiles communiter pertinentes, uobis et monasterio uestro pia et prouida liberalitate donarunt, prout in patentibus litteris inde confectis, episcopi et capituli predictorum sigillis munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac prouide factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Rome apud sanctum Petrum, XII kalendas Februarii, pontificatus nostri anno tertio.

Auf der Rückseite der Procuratorname: Petrus de . . . , auf dem Buge rechts: Angelus Bon., links unter dem Buge der Zahlungsvermerk: — — —.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Confirmacio bonorum domini Bonifacii.

Bulle nebst Schnur abgerissen.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Kl. Elbena Nr. 51; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 903; Biblioth. des Greifswalder Appell.-Gerichts XX S. 300 (deponirt).

Gedruckt bei v. Westphalen, Monum. ined. IV Nr. 38 (XII kal. dec.); Dähnert, Pomm. Biblioth. V S. 202; Schöttgen u. Kreyfig III S. 15 Nr. 25; Fabricius III S. 103 Nr. 260; Meß. Urk.-Buch IV S. 8 Nr. 2435 (Auszug); Hbl. Gesch. des Kl. Elbena S. 617 (Regest). Mlle zu 1297. Potthast, Regesta Pont. 24621.

1829.

1298 Januar 21. (XII kalendas Februarii) Rome apud sanctum Petrum.

Papst Bonifaz VIII. bestätigt dem Kloster Elbena seinen Grundbesitz in der Diöcese Camin und das Patronat der Marien-, Nikolai- und Jakobikirche zu Greifswald sowie der Kirchen zu Derselow, Liewenhagen, Weitenhagen, Mertenshagen und Kemnitz.

Bonifatius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis . . . abbati et conuentui monasterii Hyldensis, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane peticio uestra nobis exhibita continebat, quod nobiles viri Casimarus et Wartizlaus [eius filius]<sup>1)</sup>, Diminenses, ac Buguzlaus et Barnim, Stetinenses duces, Caminensis diocesis, cupientes terrena in celestia et transitoria in eterna felici [commercio] commutare, ius patronatus, quod in beate Marie virginis, sancti Nicolai et sancti Jacobi de Gripswald necnon in Dersekowe, Leuenhagen, Weithenhaghen, Mertenshaghen et Kemeniz ecclesiis eiusdem diocesis communiter obtinebant, venerabilis fratris nostri episcopi et dilectorum filiorum capituli Camynensis [ad id] accedente consensu necnon [quasdam curias], villas, domos, vineas, agros, redditus, census et possessiones, sitos in dicta [diocesi Caminensi, tunc ad ipsos] nobiles communiter [pertinentes uobis et mo]nasterio uestro pia et prouida liberalitate donarunt, [prout in patentibus] litteris inde confectis episcopi et capituli [predictorum] sigillis munitis plenius [dic]itur<sup>2)</sup> contineri. [Nos itaque] uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc [pie ac prouide] factum est, ratum et gratum habentes id auctoritate [apostolica confirmamus] et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu tem[erario contraire.] Si quis autem [hoc] attemptare presumpserit, indignationem [omnipotentis] dei et [beatorum Petri et] Pauli [aposto]lorum [eius] se nouerit incursum. Datum Rome a[pu]d sanctum Petrum, X[II] kalendas] Februarii, pontificatus [nostri] anno [tertio].

1) Die eingeklammerten Stellen sind mit Hilfe der vorigen Urkunde ergänzt. 2) Soch im Pergament.

Bulle nebst Schnur abgeriffen.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original (von welchem ein großer Theil der Schrift abgeblättert) s. r. Kl. Ebena Nr. 51<sup>a</sup>.

Kgl. Gesch. des Kl. Ebena S. 617 (Negeft) zu 1297. Fehlt bei Potthast, Regesta Pont.

## 1830.

1298 Januar 24. (in uigilia Conuersionis beati Pauli).

Nikolaus, Fürst zu Werle, verleiht dem Kloster zum heiligen Kreuz in Rostock das Eigenthum des von dem Rostocker Bürger Nikolaus von der Mühlen erkauften Gutes Dolgen (bei Lage) mit Einschluß des angrenzenden Sees.

Testes huius facti sunt illustris uir dominus Wizlaus princeps Ruyanorum senior, Johannes Molteke, Fredericus Molteke, Fredericus de Keretorpe, Johannes de Leuesov, milites, Henricus Friso, Albertus Spiscenaghel, Johannes Rufus, Lambertus de Molendino, burgenses in Rostoc, et alii quam plures. Actum et datum anno domini millesimo ducesimo nonogesimo (!) octauo, in uigilia Conuersionis beati Pauli.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Archiv des Klosters zum heiligen Kreuz in Rostock.

Gedruckt im Mehl. Urk.-Buch IV S. 41 Nr. 2484.

1831.

1298 Januar 25. (in Conuersione sancti Pauli) Sundis.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, verkauft mit Zustimmung seiner Söhne Wizlaw III. und Sambor dem Heyno von Breeß das Dorf Zilne gegen bestimmte jährliche Abgaben.

Nos Vitzslaus, dei gracia princeps Ruyanorum, presentibus publice protestamur, quod de mera voluntate nostrorum filiorum dilectorum, domini Witzlai necnon Zambori, vendidimus et concedimus Heynony de Pores necnon suis veris heredibus hereditatem ville Zilne, in Ruyasite, cum suis ceteris<sup>1)</sup> terminis et omnibus pertinenciis, riuis, pratis, pascuis, nemoribus, noualibus, cultis et incultis et cum omni jure feudali ad vtendum, quo alii nostri feudarii vtuntur, sicut ad nos spectabat tempore ab antiquo, ita tamen, quod idem Heyno aut sui heredes nobis aut nostre legitime posteritati de dicta villa viginti tres marcas denariorum monete currentis, sexaginta pullos, quindecim uncias ouorum annis singulis erogabunt. Cum hoc volumus sepe dictum Heynonem et suos ab omni minuta exactione nostrorum aduocatorum habere liberos penitus et exemptos. Dicta autem villa cum suis agrorum terminis nunquam debet equitari amplius aut metiri nec nostros redditus inibi vquam auumentare aliquis attemptabit; idem vero Heyno aut sui heredes nobis de dicta villa in precaria et in denariis monete tantum pro uncis quindecim respondebunt. Si autem agri ampliores quam quindecim unci in dictis terminis extendantur, illos agros eciam large concedimus dicto Heynony et suis heredibus ad ius homagii, vt eo nobis melius seruire poterint. Vt autem nostra vendicio firma inperpetuum perseueret, et presentem paginam inde confectam sigilli nostri nostrorumque filiorum munimine duximus roborandam. Testes sunt Pridborus de Vilmnyz, Nycolaus et Tetzo, sui fratres, Hinricus et Bertoldus de Ost, Nycolaus de Caland, Hinricus de Vitzen, Pridborus de Lanke, Vdo, Johannes de Ost, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Sundis, anno domini M.CC nonagesimo VIII., in Conuersione sancti Pauli, presentibus perpetuo duraturis.

Ueberschrift: Super vyllam Sylne.

<sup>1)</sup> Statt certis, wie Fabricius druckt.

Matrikel des Jungfernklosters zu Bergen fol. 2 Nr. 2; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Hufens Extract 2c. (Zoepfer Mscr. 214) fol. 2v.

Gedruckt bei Fabricius III S. 109 Nr. 271.

1832.

1298 Februar 5. (in festo beate Aghatis virginis ac martiris gloriose) Wolgast.

Herzog Bogislaw IV. überträgt der Stadt Greißwald das Eigenthum von Aedern zwischen Schönwalde und Abtswalde, die früher im Besiß von Ulrich von Treptow und Heinrich von Spandow, sodann Eberhards von Riel gewesen.

In nomine domini amen. Buguzlaus, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, omnibus in perpetuum. Actiones, quas mundus ordinat, sepe delet successus temporum, nisi muniantur firmo karaktere litterarum. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos intuentes indicia et merita probitatis nostrorum dilectorum consulum et communitatis ciuitatis nostre Gripeswald fauorabiliter ac graciose, volentes ipsos omnes et singulos fauore prosequi singulari, nos itaque, nostrorum fidelium consilio habito, proprietatem quorum-

dam agrorum, qui quondam fuerunt Olrici de Trebetowe et Heynemanni de Spandowe, nunc Enerardi de Kil, qui in suis distinctionibus discernuntur, videlicet infra metas et terminos ville Sconenwold et curie Abbeteswald et dicte ciuitatis, contulimus et donauimus vniuersitati ciuium prefate ciuitatis nostre Gripeswald cum omni fructu et vtilitate perpetuis temporibus quiete et feliciter possidendam. In cuius rei euidenciam firmiorem, vt res predicta ignorancie nubilo nullatenus obducatur nec malignantis ingenio in posterum infringatur, sepedicte nostre ciuitatis burgensibus presens scriptum exinde confectum dedimus ad cautelam sigilli nostri robore communitum. Testes huius rei sunt Hermannus Drako marscalcus, Wluoldus de Below dapifer, Wernerus Lepel aduocatus, Martinus Magnus, Henricus Stedingus, Henricus de Westinbruche, Thidemannus Lepel, Johannes de Kemeniz, milites, et quamplures alii fide digni. Actum et datum Wolgast, anno incarnationis verbi MCCC octauo, in festo beate Aghatis virginis ac martiris gloriose.

Siegelfragment an gelb- und rothseidenen Fäden anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald; Copiar. fol. 21<sup>v</sup>, V fol. 34, VII fol. 16 ebenfalls; Regl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 915.

Gedruckt bei Dähnert. Pomm. Biblioth. IV S. 12 Nr. 29; Pfl, Gesch. des N. Eldena S. 619 (Stegeft.)

1833.

1298 Februar 5. (in die beate Agate virginis et martiris) Colberch.

Petrus, Bischof zu Camin, transsumirt die Urkunde Bischof Hermanns d. d. 1287 April 5 und Bischof Jaromars d. d. 1290 März 5, betreffend Schenkung der Hälfte des Dorfes Reduin an die Stadt Colberg.

Frater Petrus dei gracia Caminensis ecclesie episcopus vniuersis, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Cum a nobis petitur, quod consonum est rationi, equitate suadente conuenit exaudiri. Hinc est, quod vniuersitati vestre notum esse cupimus, quod nos inclinati iustis precibus consulum et ciuium ciuitatis nostre Colberch nobis dilectorum priuilegia a domino Hermanno, bone memorie, Caminensi episcopo, antecessore nostro, eisdem ciuibus ac ciuitati nostre Colberch concessa et decreta in eisdem renouamus nostris patentibus litteris, rata habentes et grata et in nomine domini confirmamus. Que quidem priuilegia sigillo domini Hermannii predecessoris nostri antedicti sigillata vidimus non cancellata nec in aliqua sui parte viciata ipsaque legi fecimus coram nobis, que etiam sigilla dominus Jaromarus, felicis recordationis, predecessor noster, cum consensu sui capituli Caminensis renouando confirmauit et tenorem singulorum de verbo ad verbum suis litteris patentibus inseruit, quas sigillis ipsius domini Jaromari et capituli Caminensis sigillatas vidimus non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas aut suspectas, que in nostra presencia lecte fuerant in hec verba: Folgt Urkunde Bischof Hermanns d. d. 1287 April 5 (Pomm. Urk.-Buch Bd. III S. 7 Nr. 1418), betr. Schenkung der Hälfte des Dorfes Reduin an die Stadt Colberg, ferner Urkunde Bischof Jaromars d. d. 1290 März 5, in der er die vorige Urkunde transsumirt (Pomm. Urk.-Buch Bd. III S. 90 Nr. 1526). Nos vero ad perpetuam rei memoriam et testimonium perhenne renouationis et confirmationis nostre omnium premissorum presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum Colberch, anno domini M.CC.XCVIII<sup>1)</sup>, in die beate Agate virginis et martiris.

<sup>1)</sup> In der folgenden Nummer statt XC geschrieben nonagesimo.

Das Siegel von den rothseidenen Fäden abgefallen.

Das sehr beschädigte Original im Stadt-Archiv zu Colberg Nr. 15.

1834.

1298 Februar 5. (in die beate Agate virginis et martiris) Colberch.

Petrus, Bischof zu Camin, transsumirt die Urkunde Bischof Jaromars d. d. 1290 März 5 für die Stadt Colberg.

Frater Petrus etc. buchstäblich mit der vorigen Nummer übereinstimmend, bis in hec verba. Folgt Urkunde Jaromars d. d. 1290 März 5, mit den Urkunden Bischof Hermanns und Herzog Wartislaws d. d. 1255 Mai 23, Bischof Hermanns d. d. 1286 Februar 9 und 1277 April 18 für die Stadt Colberg (f. v. Pomm. Urk.-Buch III S. 91 Nr. 1527. Der Schluß wieder wie in der vorigen Nummer: Nos vero ad perpetuam — et martiris.

Das sehr gedrückte Siegel an der gelb- und rothseidenen Schnur anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Colberg Nr. 16.

Gedruckt bei Schöttgen und Kreyzig III S. 17 Nr. 27.

1835.

1298 Februar 6. (in crastino beate Agathe virginis et martiris) Camin.

Petrus, Bischof zu Camin, transsumirt die Urkunde Bischof Jaromars d. d. 1291 Januar 25 für die Stadt Cöselin.

Frater Petrus, dei gratia Caminensis ecclesie episcopus, vniuersis, ad quorum notitiam presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Cum a nobis petitur, quod rationi est consonum, equitate suadente conuenit exaudiri. Hinc est, quod vniuersitati vestre notum esse cupimus, quod nos de consilio Johannis decani, Wizlai custodis necnon capituli nostri ecclesie Caminensis iustis precibus dilectorum nostrorum ciuium in Cussalin inclinati omnia eorum priuilegia per dominum Hermannum, bone memorie, antecessorem nostrum, ipsis ciuibus et ciuitati in Cusselin indulta et concessa, continentia libertates, iura, iurisdictiones, conditiones, vtilitates et alia eorum commoda eisdem ciuibus ac ciuitati in Cusselin ab eodem domino Her. concessa presentibus nostris litteris rata habemus et grata et in nomine domini confirmamus, que sigillo domini Her. antedicti sigillata vidimus, non cancellata nec in aliqua sui parte vitiata et coram nobis legi fecimus, quorum et tenorem de verbo ad verbum dominus Jaromarus, bone memorie, predecessor noster, eadem priuilegia confirmando rata et grata habendo suis litteris patentibus, quas ipsius domini Jaro. sigillo sigillatas vidimus, non cancellatas nec in aliqua sui parte vitiatas, inseruit in hec verba: Folgt Urkunde Bischof Jaromars d. d. 1291 Januar 25 (Pomm. Urk.-Buch III S. 124 Nr. 1571). Nos vero ad omnium premissorum perpetuam memoriam et in testimonium perhenne presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus communiri. Et nos Johannes dei gratia decanus, Wizlaus custos, Hildebrandus scolasticus, Johannes cantor, capitulumque ecclesie Caminensis, ratihibitionibus et confirmationibus omnium premissorum a venerabile in Christo patre domino fratre Petro, nostro episcopo Caminensi, factis plenum consensum et assensum, prouida deliberatione prehabita, adhibemus. In cuius rei testimonium et noticiam pleniorum sigillum nostri capituli presentibus fecimus apendi (!). Datum Camin, anno domini M.CC. nonogesimo (!) VIII., in crastino beate Agathe virginis et martiris.

Das gut erhaltene Siegel des Bischofs an grünseidenen Fäden, das des Kapitels an gelbseidenen Fäden anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Cöselin Nr. 8; Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 922.

Gedruckt bei Dähmert, Pomm. Biblioth. IV S. 220: Benno, Gesch. der Stadt Cöselin S. 268 Nr. VII.



1836.

1298 Februar 6. (feria quinta post Purificacionem Marie virginis gloriose) Wolgast.

Der Ritter Werner Lepel überträgt dem Ritter Wulfofd von Below den Zehnten des Dorfes Vencemin gegen eine jährliche Abgabe von vier Last Getreide und räumt ihm das Vorkaufs-Recht ein.

Omnibus presens scriptum visuris vel auditoris, ego Wernherus Lepel miles recognosco publice et protestor, quod consensu meorum heredum et fratris mei Johannis, beate memorie, heredum accedente Wluoldo de Below militi et suis ueris heredibus locaui decimam uille Vencemin pro quatuor last annone singulis annis, quorum media pars siligo et media auena, perpetuo possidendam. Dicta autem annona Wolgast present[abit]ur<sup>1)</sup> infra diem beati Martini et Natiuitatem domini, dubio procul moto. Si dicta villa Vencemin transposita fuerit ad aliam uillam, illa impignorabitur, ad quam transponitur, si predicta quatuor last presentata non fuerint loco et tempore prenotatis. Preterea si dicta decima fuerit uenalis, primo dicto Wluoldo militi vel suis heredibus exhibebitur ad emendam. Ceterum si sepedicta decima per generalem discordiam fuerit deuastata, secundum quod tunc vasalli terre dictauerint, est cum solutione dictorum last quatuor procedendum. In cuius rei signum et testimonium sufficiens presens scriptum sigillorum domini Boguzlai, ducis Slauorum, mei et dicti Wluoldi militis est munimine confirmatum. Testes sunt Gerwinus Stango, Gerhardus de Zwerin, Hermannus Draco marscalcus et Henricus Steding, milites, Gotscalcus et Johannes Camerarius, opidani[in]<sup>2)</sup> Wolgast, et alii quam plures. Datum Wolgast, anno domini MCCCXCVIII, feria quinta post Purificacionem Marie virginis gloriose.

<sup>1)</sup> Loch im Original. <sup>2)</sup> Fehlt. Desgl.

Die drei Siegel nebst den Pergamentstreifen nicht mehr vorhanden.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Privata Nr. 3 (dasselbe ist sehr beschädigt und mit Papier unterklebt); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 924; Bibl. der Ges. für Pomn. Gesch.: Dreger, Registratur III (1298) Nr. 9; Klemphens Extract der Briefe zu Eldena fol. 98v.

Gollmert, Gesch. des Geschl. von Schwerin III S. 83 Nr. 37 (Auszug); Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 620 (Regeft).

1837.

Actum 1297 September 6. (octauo idus Septembris) in Slatekowe.

Datum 1298 Februar 13. (idus Februarii) in Gripeswolt.

Jaczo und Johann, Herren zu Güzkow, begeben sich auf Vermittelung des Abtes Heinrich zu Eldena und des Ritters Heinrich Behr aller Ansprüche auf dem Kloster Uedom gehörige Güter im Lande Siepe.

Uniuersis presentes literas inspecturis Jaczko et Johannes, domini Guzkowenses, salutem in domino. Vniuersitati uestre tenore presentium uolumus esse notum, quod nos ab omni actione seu impetitione nostra, heredum nostrorum seu successorum quorumcumque, que nobis super bonis in Lipne sitis in abbacia Vznamensi contra uiros religiosos, abbatem et conuentum Uznamenses, competeat uel competere uidebatur, ad instantiam et ordinationem honorabilium uirorum dominorum Hinrici, abbatis Hyldensis, et Hinrici Ursi militis, quibus antedictam actionem seu impetitionem pro eorum uoluntatis arbitrio commisimus terminandam, cessauimus et eosdem abbatem et conuentum Uznamenses liberos imperpetuum dimisimus ac etiam abso-

lutos, renuntiantes litteris uenerabilis patris domini Conradi, bone memorie, quondam episcopi Caminensis, super bonis in Lipne sitis mentionem facientibus et omnibus litteris de eisdem bonis confectis seu mentionem facientibus, si que sunt uel in posterum inueniantur, uolentes eas nullas esse et nullius esse uigoris, efficacie seu momenti, in quantum ipse littere tangunt religiosos antedictos super bonis prelibatis. Insuper predictis abbati et conuentui Uznamen-sibus omnem offensam, si quam nobis uel antecessoribus nostris, et omne dampnum, si quod rebus seu possessionibus nostris uel predecessorum nostrorum intulerunt, integraliter remisimus, uolentes eosdem abbatem et conuentum ac bona ipsorum studiose et efficaciter promouere. Acta fuerunt hec in Slatekowe anno domini M.CC.XC.VII., octauo idus Septembris, presentibus dominis Gherwino Stange, Johanne de Colonia, Johanne Nigellant, Martino Winterwelt, Thyderico Urso et fratre eius Hinrico, militibus, Johanne Bukowe, Johanne Bere et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo domini Buggezslai, illustris ducis Slauorum, necnon et sigillo predicti domini Hinrici abbatis una cum sigillis nostris procurauimus sigillari. Datum in Gripeswolt, anno domini M.CC.XC.VIII., idus Februarii.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De prouincia sex villarum in Lypa.

Die beiden Siegel mit den Schnüren abgerissen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. M. Pübagla Nr. 44; Pübaglaer Matrikel fol. 25 Nr. XXI A; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. IV Nr. 777; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Kanthows Extract 2c. fol. 113 v (1290).

Gedruckt bei v. Schwarz, Gesch. der Pomm. Rüg. Städte S. 744; Zisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 187 Nr. 126. Bergl. Zietlow, das Prämonstratenser Kloster auf der Insel Usedom S. 138, 139.

1838.

1298 Februar 24. (in die beati Mathye apostoli) in ciuitate nostra Rostoc.

Nicolaus, Fürst zu Rostock, schenkt der Bürgerchaft zu Sülz, gegen die Verpflichtung, ihre Stadt zu befestigen, das Eigenthum des von den Rittern von Goldenboge erkauften Dorfes Symen und legt es zu Süßischem Rechte, verspricht für einen Kanal zwischen der Refniß und der Trebel und für einen Damm zwischen Sülz und Tribsees zu sorgen und verlegt das Landding von Marlow nach Sülz.

Nicolaus<sup>1)</sup> dei gracia dominus de Rostoc<sup>2)</sup> — — — — —

de terminis ville Nuczcowe<sup>3)</sup> uidelicet per pratum descendentes directe vsque ad distinctionem terre principis Ruyanorum, deinde in amnem Slonize<sup>4)</sup>, item per descensum illius amnis in fluuium Rekenize<sup>5)</sup>, deinde sursum ad terminos ville Bolendorpe, item inter Bolendorp ac<sup>6)</sup> Symen directe et girouage<sup>7)</sup>, quousque ad fluuium perueniatur Rekenitze, perpetuis temporibus quoad ius Lubicense, vt diximus, possidendam. Nos vero, prout tenemur, ampliacionem ac<sup>8)</sup> profectum pretacte ciuitatis nostre in omnibus diligentes ad meatum quendam de fluuio Trebele vsque in<sup>9)</sup> fluuium Rekenitze<sup>5)</sup> et per iuuamen terre adiacentis fieri procurabimus et prostrata siue via terrestri inter Sultham<sup>10)</sup> ac<sup>8)</sup> oppidum<sup>11)</sup> Tribuses<sup>12)</sup> habenda circa principem nobilem dominum Wizslaum<sup>13)</sup> de Ruya, consanguineum nostrum carissimum, omni diligentia laborabimus et promocionis nostre auxilium in omnibus, quibus possumus, apponemus — —

Datum in ciuitate nostra Rostoc<sup>14)</sup>, anno domini M.CC.<sup>o</sup> nonagesimo octauo, in die beati Mathye<sup>15)</sup> apostoli<sup>16)</sup>.

<sup>1)</sup> Nycolaus S 2. <sup>2)</sup> Rostock S 2. <sup>3)</sup> Nutzkouwe S 2. <sup>4)</sup> Slenze S 2. <sup>5)</sup> Rekenisse S 2. <sup>6)</sup> Bolendorpe et S 2. <sup>7)</sup> sirouage S 1. <sup>8)</sup> et S 2. <sup>9)</sup> ad S 2. <sup>10)</sup> Sultam S 2. <sup>11)</sup> opidum S 2. <sup>12)</sup> Tribuzes S 2. <sup>13)</sup> Waslaum S 2. <sup>14)</sup> Rostock S 2. <sup>15)</sup> Mathei S 2. <sup>16)</sup> apostoli S 2.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Nach einer um 1500 vom Original genommenen und beglaubigten Abschrift (S 1); Unbeglaubigte Abschrift aus dem Ende des 15. Jahrhunderts ebendasselbst (S 2).

Gebrücker bei Kuhlhoff, Urk. Lieferung Nr. LVIII (1299); Fabricius III Nr. 461 (Stegeff); Meßl. Jahrbücher XI S. 281; Meßl. Urk.-Buch IV S. 45 Nr. 2489.

1839.

1298 März 27. (feria quinta ante dominicam Palmarum) Gobelenhaghen.

Petrus, Bischof zu Camin, bezeugt, daß er bei Einweihung der Kirche zu Gobelenhaghen derselben die Dörfer Seeje, Hekelwerk (jetzt Sedlitzfelde), Falkenwalde, Tristin und Nienhaghen betreffs der Seelsorge und Parochial-Abgaben zugewiesen hat.

Frater Petrus, dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, vniuersis christifidelibus<sup>1)</sup>, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Vniuersitati vestre notum esse cupimus, quod cum nos consecraremus ecclesiam fratrum beati Augustini in Gobelenhaghen<sup>2)</sup> in honore beate Marie virginis gloriose et sancte crucis, in eandem ecclesiam dedicauimus villas infrascriptas: Lesen, Hekelwerk<sup>3)</sup>, Valkenwolde, Tristyn<sup>4)</sup> et Nienhaghen<sup>5)</sup>, ita videlicet, quod eedem ville ad dictam ecclesiam in Gobelenhaghen tamquam ad suam parrochialem ecclesiam pertineant et homines dictarum villarum in antedicta ecclesia diuina audiant officia et ibidem requirant et<sup>6)</sup> percipiant ecclesiastica sacramenta et rectori supranominate ecclesie, qui pro tempore fuerit, annonam ecclesiasticam et alia iura parrochialia persoluant, quemadmodum in aliis circumiacentibus ecclesiis est consuetum. Datum Gobelenhaghen, anno domini M.<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVIII<sup>o</sup>, feria quinta ante dominicam Palmarum.

Ueberschrift: Priuilegium de consecracione ecclesie in Gobelenhagen (P I).

<sup>1)</sup> Fehlt in P II. <sup>2)</sup> Gobelenhage P II. <sup>3)</sup> Hekelwerch P II. <sup>4)</sup> Tristin P II. <sup>5)</sup> Nienhagen P II. <sup>6)</sup> ac P II.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrifel P I Nr. 46, P II Nr. 31; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 920.

1840.

1298 März 27. (feria quinta ante dominicam Palmarum) Gobelenhaghen.

Petrus, Bischof zu Camin, befreit das Kloster Jasenitz von der Visitation durch Archidiacone und Bröbste, behält sich selbst aber die Visitation vor.

Frater Petrus, dei gracia episcopus Caminensis, dilectis in Christo filiis . .<sup>1)</sup> priori ac conuentui fratrum beati Augustini monasterii in Gobelenhaghen<sup>2)</sup> salutem et sinceram in domino karitatem. Cum personas religiosas certam obseruantes regulam discipline visitari non deceat a secularibus archidiaconis seu prepositis, qui huiusmodi regularis discipline formam plenius non cognouerunt, vos igitur ac monasterium vestrum antedictum a visitacione talium archidiaconorum et prepositorum ex[im]imus<sup>3)</sup> et esse volumus exemptos, nobis specialiter reseruantes potestatem visitandi personas vestri monasterii, inquirendi ac corrigendi tam in capite quam in membris, qui inquirendi fuerint seu corrigendi, et alia faciendi, que ad visitacionis officium spectare<sup>4)</sup> dinoscuntur, nisi ex causa alicui persone alteri duxerimus committenda.

In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus communiri. Datum Gobelenhagen, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVIII<sup>o</sup>, feria quinta ante dominicam Palmarum.

Ueberschrift: Priuilegium exemptionis ab archidiaconis et prepositis. P I.

<sup>1)</sup> Die Punkte fehlen in P I. <sup>2)</sup> Gobelenhagen P II. <sup>3)</sup> erimus P I, eximus P II. <sup>4)</sup> expectare P I, expectare P II.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Janseniger Matritel P I Nr. 45, P II Nr. 6; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 921.

1841.

1298 März 30. (tercio kalendas Aprilis) Stetyn.

Herzog Otto I. überträgt der Marienkirche zu Stettin das Eigenthum des Dorfes Ludow, welches sie von den Gebrüdern von Bertikow erkaufte hatte.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie dominusque in Stetyn, omnibus christifidelibus in perpetuum. Quoniam omnipotentis larga benignitas nos constituit in partem sollicitudinis monarchye, et nostrorum progenitorum exemplis multiformibus inuitati, nostra interest construere ecclesias et plantare, plantatas dotare et amplificare donationibus prediorum et specialiter illam, quam pater noster carissimus Barnym, dux Slauorum, recordationis pie, fundauit, ecclesiam scilicet sancte Marie in Stetyn, in qua corpus eius requiescit et fratris nostri predilecti Barnym, ipsius filii, similiter ducis Slauorum, vbi et nos vna cum nostra matre carissima elegimus sepulturam, tenemur villarum proprietatibus et reddituum ceterorum inuestire taliter et ditare, vt ipsius ecclesie necnon personarum in ea deo famulancium status et rerum temporalium multiplicacio suscipiant debitum et quamplurimum incrementum. Eapropter notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos dedimus et tytulo donacionis appropriauimus . . preposito, . . decano totique capitulo ecclesie iam dicte sancte Marie in Stetyn proprietatem ville Lvcowe cum limitibus suis, terminis et metis, pratis, pascuis, piscationibus, agris cultis et incultis, cognitione causarum criminalium, ciuilium et omni jure temporali, quod in eo nominari poterit uel acquiri, quam villam a domino Johanne milite et suis fratribus, dictis de Bertekowe, iidem prepositus, decanus et capitulum dicte ecclesie iusto emptionis tytulo compararunt, qui fratres de Bertekowe iam dictam villam singuli coram nobis resignauerunt ad manus dictorum nostrorum canonicorum. Conferimus inquam et donamus villam ipsam, ab omni exactione vectigalium, seruitute rustica vel vrbana, questis, tallis, precariis et omni inpetitione nostra nostrorumque successorum et officialium decernentes liberam et immunem, omne ius, quod in ipsa habuimus, in canonicos ipsius ecclesie et eorum successores propter deum et ad honorem et reuerenciam ipsius genitricis intemerate virginis Marie nostrarumque animarum salutem et nostrorum progenitorum ex consensu et uoluntate dilecte predictae matris nostre Mechtyldis liberaliter et uoluntarie transferentes, tali adiecta condicione illam dedimus supradictis canonicis villam, vt ipsi canonici nunc residentes et pro tempore in eadem ecclesia deo in personis propriis famulantes et chorum frequentantes omnes fructus integraliter et perpetuo percipiant dicte ville. Volumus etiam, ut illos mansos, quos vnusquisque canonicorum predictae ecclesie in eadem villa sibi suis comparauerit denariis, temporibus vite sue cum omni jure pacifice possideat et quiete. Preterea gratum et ratum tenemus, vt sepedicti canonici de mansis, ut prediximus, ipsorum denariis comparatis suum testamentum siue memorias vel vicarias, prout deus ipsis inspirauerit, in prehabita ecclesia liberaliter poterunt ordinare. Testes huius donacionis sunt Johannes nobilis

comes de Guzkowe, dominus Dythmarus abbas Colbascensis (!), Fredericus de Eycstede, Reymarus de Wacholte, Johannes de Heydebrake, Johannes de Walsleve, Heynricus de Heydebrake, Luchto, Wilhelmus Trampo, Johannes de Hindenburg, Rodolfus cum Torace, Johannes de Curowe, Conradus de Elsholte, Johannes de Cremzow, milites, Luchto noster marscalcus, Johannes Vrsus, Heynricus scultetus Stetynensis, Arnoldus de Sanne, Johannes de Colonia, Arnoldus de Boghemyl, Johannes Albus, Gotfridus Scriptor, cives Stetynenses, et alii quamplures fide digni. Vt autem hec nostra donatio firma et immobilis euis et perpetuis temporibus perseueret, presens scriptum inde confectum prefatis canonicis dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum et actum Stetyn, anno domini M.CC. nonagesimo VIII., tercio kalendas Aprilis, per manus Johannis, nostre curie notarii.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Villa Lukow.

An gelb- und rothseidenen Fäden ein Siegel Ottos anhängend, auf der Vorderseite das stark beschädigte größere herzogliche Steiteriegel, auf der Rückseite das Sekret: im Siegel Felde der schrägrechts gestellte Schild mit dem Greifen, darüber der Helm mit dem Pfauenwedel. Umschrift: Secretum Ottonis ducis in Stetin.

Original im Archiv des Marienstifts zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I ad Nr. 10; Matrifel (ebendasselbst) Nr. 1 fol. 1, 3, 6; Diplomatar (ebendasselbst) Nr. 107 fol. 27.

Gedruckt bei Hering, Histor. Nachrichten von den Stettiner Collegiatkirchen Beilage Nr. 4 (nach vidimirter Copie); von Giesstedt, Urk.-Buch I S. 89 Nr. 47; Bsch, Urk. des Geschl. Behr I S. 188 Nr. 127.

1842.

1298 April 17. (XV. kalendas Maij) Bergen.

Erich, König zu Norwegen, fordert die Stadt Lübeck auf, den Rest von den den Seestädten durch Schiedspruch des Königs Magnus zu Schweden zugebilligten 6000 Mark Norw. durch Bevollmächtigte auf Maria Geburt in Tönsberg in Empfang zu nehmen.

Ericus, dei gracia Norwegie rex, discretis et honestis uiris ac sibi dilectis . . aduocato, consulibus et communitati ciuitatis Lybicensis salutem in domino sempiternam. Cum residuam partem pecunie de summa sex milium marcarum monete Noricane adiudicata vestre et quibusdam aliis ciuitatibus maritimis per dominum M. bone memorie, quondam regem Suetie illustrem, in festo Natiuitatis beate Marie virginis soluere apud Tunsberg vestris procuratoribus teneamur, dummodo in festo Penthecostes ante hoc per nos vobis significetur, prudencie igitur vestre per presentes significantes requirimus et rogamus, quatinus procuratores vestros, sufficiens mandatum habentes, ad recipiendum residuam partem pecunie (!) ex parte nostra vobis soluendam in predicto festo Natiuitatis beate virginis proximo instanti destinare curetis et hoc ciuitatibus Ryga et Theutonicis de Wysby in Gotlandia rogamus significetis, nostras eis litteras super hoc, quas ad vos dirigimus, destinantes. Datum Bergen, anno domini M.CC. nonagesimo octauo, XV. kalendas Maij.

Siegel nebst Preßel abgeriffen.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt bei Sartorius und Lappenberg Nr. 89; Lüb. Urk.-Buch I S. 603 Nr. 673; Sibänd. Urk.-Buch I S. 715 Nr. 571; Diplomatar. Norveg. V S. 35 Nr. 34; Fabricius III S. 70 Nr. 450 (Anszug); Sijjegren, Diplom. Suecan. II Nr. 1228 und 1747; Hansarecessu I Nr. 58 (Regest); Hansj. Urk.-Buch I S. 426 Nr. 1274 (Regest).

1843.

1298 April 23. (die Georgii) Sundis.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, mit seinen Söhnen Wizlaw III. und Sambor überträgt dem Jaczo, Grafen zu Gützkow, das Land Streu zu Lehen.

W. dei gracia princeps Ruyanorum necnon et W. et Zam., filii e[ius] <sup>1)</sup> eadem gracia principes eiusdem terre, vniuersis Christi fidelibus presentes litteras intuentibus pacem et salutem vtriusque hominis in domino sempiternam. Quia labilis est memoria hominum et non adeo labilis memoria instrumenti, quia semper <sup>2)</sup> est quasi recens <sup>3)</sup>, vnde cum agitur super vetustate aliqua, potius creditur instrumento quam testimonio personarum, ut habetur c[onstitutio] de veteri iure § „Siquis“, hinc est, quod terram Stregensem, secundum quod nos possedimus, contulimus nobili viro domino Yakzen comiti de Gutzekowe, et suis heredibus cum omni iure in perpetuum possidendam. Et cum humana natura de die in diem pereat et prona sit, fauorabilia restringere et odiosa ampliare, nos eidem obuiantes et materiam omnis controuersie et contradiccioni super huiusmodi <sup>4)</sup> amputare volentes patefacimus terram iam premissam et ponimus in hiis scriptis cum suis terminis inclusiue, ut separata ab aliis terris fines terminorum melius cognoscantur. Primi termini terre iam dicte sunt et incipiunt a fluuio, qui dicitur Cycorniz ex vtraque parte vel ex vtroque latere vsque ad stagnum salsum, deinde stangnum (!) salsum descendendo vsque ad mericam, que dicitur Yazmunt, et sic per mericam usque ad montem, qui appellatur Tizowe, et protenduntur (a) vterius vsque ad vallem eiusdem montis et sic de valle iterum reflectuntur termini usque ad stagnum salsum et vterius de vno stagno usque ad aliud stagnum salsum, et post hoc descenditur, usque dum perueniatur ad vnum riuulum, nomine Clopitowe, ille riuulus est dimidius et dimidius in terminis segregatis usque in Garuzke, et sic a Garuzke protenduntur vterius vsque ad terminos nobilium virorum et militum videlicet domini Pritburi et domini Ni. et domini Teze, fratrum, nostrorum fidelium amicorum. Et cum nullus contra suum factum ire debeat, ut dicit lex, sed potius ampliare, dicimus et protestamur, quod omnia memorate terre circumscriptis terminis comprehensa, tam in maiori iure, quam in minori, in bonis inphodatis uel ad huc in feodandis, in ecclesiis conferendis, in omaggio, moneta, in petitione, in agris cultis et incultis, in pascuis, pratis, siluis, aquis, piscaturis et in omnibus aliis, que dinoscuntur ad bona feodalia coherere, s[cuti] <sup>5)</sup> nos cum omni iure possedimus, ita iam pretaxato domino Ja. comiti et suis heredibus conferimus et collata presentibus confirmamus. Ne autem aliquis ex aculeo auaricie seu inuidie virus sue iniquitatis contra iam premissa a nobis tam gloriose et aperte facta valeat aliquo modo effundere et velamine obliuionis assumpto presumat contradicere nostris factis iam prelibatis uel eis audeat ausu temerario contraire, nos presentem cartulam in huius facti plenioram euidenciam et firmiorem constanciam cum appensione sigillorum nostrorum roborauimus et sanximus in perpetuum valituram. Testes huius rei sunt venerabilis dominus abbas Ar. ordinis Cisterciensis in Nouo Campo et nobilis miles Johannes de Gristowe et nobiles viri iam prehabiti de Putbuzke, Ni. de Kaland, H. de Ost et Ber. suus frater, H. et Ar. dicti de Vicen, Jo. Mordere, Marquardus cum Torace et To., frater eius, Lod. Kabolt, Math. Moltike, Thi. Mezkowe, Conr. Totenberg, Pritborus de Lanke, Fre. de Alkun, milites, et alii (!) quam plures fidedigni. Datum Sundis, anno domini M.CC. nonagesimo octauo, die Georgii.

1) ex. Cod. Rug. 2) super. Fabricius. 3) recursus. Desgl. 4) his. Desgl. 5) secuti. Cod. Rug.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 14 (Transsumt vom 19. Januar 1322); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 918.

Gedruckt bei Fabricius III S. 110 Nr. 272; Bhl, Gesch. des Kl. Eldena S. 619 (Regest).

1844.

1298 April 25. (Marci ewangeliste) in Stralessunt.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, mit seinen Söhnen Wizlaw III. und Sambor bezeugt, daß das Kloster Neuenkamp 2000 Mark Pfennige für die Insel Cingst vollständig bezahlt hat.

Wizlaus, dei gracia princeps Ruyanorum, necnon Wizlaus et Zambur, filii eius, principes eorundem iuniores, vniuersis presentia visuris salutem in domino sempiternam. Nouerint tam presentes quam futuri, quod cum domino abbati Noui Campi, matura deliberacione prehabita, de vasallorum nostrorum fidelium consilio, insulam, que Cingst vocatur, pro duobus milibus marcarum denariorum vendidissemus, nobis ex tanta summa pecunie quadringentas marcas denariorum erogauit, cuidam uero ciui in Stralessunt, dicto Gherardo Wicberni, item quadringentas marcas denariorum, XXV marcis minus, cum quibus quoddam molendinum iuxta ciuitatem situatum nobis reemit, in quo triginta tremodia annone habere dinoscimur, condonauit. Superstitem uero pecunie partem, uidelicet mille ducentas et XXV marcas denariorum, cum quibus predictus dominus abbas alia molendina nobis reemisse debuisset, cum maxima vstione debitorum grauaremur, cuidam naute, dicto Hermanno de Reuele, cui soluere sine aliqua dilatione tenebamur, ad preces nostras iam dictam summam pecunie, scilicet mille ducentas et XXV marcas denariorum, dinoscitur contulisse, et ita illa duo milia marcarum denariorum a iam dicto domino abbate totaliter et ad profectum nostrum sunt soluta. In cuius rei perpetuam euidentiam presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus robóranda. Datum in Stralessunt, anno domini M.CC. nonogesimo (!) VIII., Marci ewangeliste.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium principum Ruyanorum, quod insula Cingst sit totaliter persoluta.

Die Siegel mit den Schnüren abgeriffen.

Original im Kgl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Kl. Neuenkamp Nr. 62; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 919; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur III (1298) Nr. 12; Klemphens Extrait 2c. fol. 55 v.

Gedruckt bei Fabricius III S. 111 Nr. 273.

1845.

1298 Mai 8. (octauo ydus Maij) Stetyn.

Die Herzogin Mechtild, Wittwe Barnims I., bestätigt der Marienkirche zu Stettin das derselben durch Herzog Otto I. übertragene Eigenthum des Dorfes Ludow.

In nomine domini amen. Mechtlydis, dei gracia Slauorum ducissa, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, inperpetuum. Ne acta principum, que necesse est perpetuo permanere, in obliuionem transeant, utiliter adinuentum fuit, ut publicis instrumentis et documentis legitimis adeo perhennentur, ne inposterum ualeant aliqualiter immutari. Hinc est, quod nationi presencium et futurorum notum esse cupimus per presentes publice protestantes, quod karissimus filius noster Otto, illustris dux Slauorum et Cassubie, diuina inspiratione ammonitus ac deuocione sancta ductus, preposito, decano omnibusque canonicis ecclesie sancte Marie dei genitricis uirginis gloriose in Stetyn, quam dominus noster et maritus karissimus Barnyn (!), inclitus dux Slauorum, instituit et fundauit, in qua eciam ipse et filius noster dilectus Barnyn (!), pie recordationis, corporaliter requiescunt, et nos vna cum filio nostro superstite predicto Ottone elegimus sepulturam, cum vnanimi consensu nostro et nostra

liberrima uoluntate uillam Lvcow cum terminis suis ac limitibus adiacentibus, fructu, uilitate et omni libertate tytulo proprietatis, animarum patris sui et fratris prenominatorum necnon et sue atque nostre remedio pro salubri, dedit et contulit perpetuo libere possidendam et nos, quicquid iurisdictionis, precarie exactionis, seruicii temporalis, iuris ciuilibus superioris et inferioris et usufructus temporibus uite nostre in eadem habuimus, hiis presentibus scriptis transferimus in canonicos sepedictos, in ea nichil iuris penitus retinentes. Vt autem hec donatio firma et inuolabilis perpetuo perseueret, hanc presentem litteram ipsis canonicis nostro sigillo dedimus confirmatam. Testes huius donacionis sunt Johannes nobilis comes de Guzkowe, dominus Dythmarus abbas Colbascensis (!), Fredericus de Eyctede, Reymarus de Wacholte, Johannes de Heydebrake, Johannes de Walslewe, Heynricus de Heydebrake, Luchto, Wylhelmus Trampo, Johannes de Hyndenburg, Rodolfus cum Torace, Johannes de Curowe, Conradus de Elsholthe, Johannes de Cremzow, milites, Heyseko dapifer, Johannes Vrsus, Heynricus scultetus Stetynensis, Arnoldus de Sanne, Johannes de Colonia, Arnoldus de Boghemyl, Johannes Albus, Gotfridus Scriptor, ciues Stetynenses, et alii quamplures fidedigni. Datum et actum Stetyn, anno domini M.CC. nonagesimo octauo, octauo ydus Maij.

Alte Registratur auf der Rückseite: Villa Lukow.

Siegel nebst Schnur nicht mehr vorhanden.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Original s. r. Tit. I Sect. 1 ad Nr. 10; Matrifel, (ebendaselbst) Tit. II Sect. 1 Nr. 17 fol. 5; Diplomatar (ebendaselbst) (Tit. I Sect. 1 Nr. 107) fol. 21.

1846.

1298 Mai 15. (die Ascensionis) in Soldyn.

Albrecht, Markgraf zu Brandenburg, bestätigt dem Johanniter-Komthur zu Braunschweig und Garbow die von dem Ritter Hermann von Warburg verkauften Dörfer Gr. und Kl.-Nemerow und den Hof gleichen Namens.

Testes etiam huius sunt nobiles uiri uidelicet dominus Heinricus Magnopolensis, gener noster dilectus, [dux Ot]to<sup>1)</sup> Stetynensis, gener noster dominus Nycholaus de Rozstoc<sup>2)</sup>, domicellus Nycholaus<sup>3)</sup> de Werle, incliti, reuerendus pater dominus Dythmarus abbas ecclesie [Colbascensis, dominus]<sup>1)</sup> Nycholaus prepositus in Vredeland, dominus Johannes<sup>4)</sup> prepositus in Soldyn, dominus Hermannus prepositus in Landesberghe, capellani nostri, Reyneko de [Wulkow, Ro]dolfus<sup>1)</sup> de Lyeuendale, Albernus de Bruncow et Wernerus Splinter, milites, et quamplures alii fide digni. Actum et datum in Soldyn, [per manu]m<sup>1)</sup> Johannis nostri notarii<sup>5)</sup>, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, die Ascensionis eiusdem.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium marchionis Alberti super bona Nemesow uiriusque . . . .

<sup>1)</sup> Das Eingeklammerte abgerissen B 1. <sup>2)</sup> dux Otto Stetynensis awnculus noster, dominus Nycholaus de Rozstoc gener noster B 2. <sup>3)</sup> Nycholaus B 2. <sup>4)</sup> Fehlt in B 2. <sup>5)</sup> notarii nostri B 2.

Das Siegel von der grünseidenen Schnur abgefallen.

Erstes Original im Geheimen Staats-Archiv zu Berlin s. r. Johanniter-Orden (B 1); die linke Seite der Urkunde ist theilweise abgerissen und mit Leinwand unterflebt. Ein zweites sehr verblasstes Original ohne Siegel-schnur und Siegel ebendaselbst (B 2).



Gedruckt bei Gerden, Fragm. March. IV 11; Buchholz, Gesch. der Churmark V Anhang S. 134; Prätorius, Gesch. des Geschl. von Warburg, Beilage 1 S. 1; Nibel, Cod. dipl. Brand. II 1 S. 217 Nr. 233; Klette, Regesta Neomarch. I S. 54 (erwähnt); Mehl. Urf.-Buch IV S. 53 Nr. 2499.

1847.

1298 Mai 24. (in vigilia Pentecostes) Gripeswald.

Dietrich und Heinrich, Ritter, Johann, Hartnid und Bernhard, Söhne Lippolds, die Behr, bestätigen die Abmachung ihres Vaters mit dem Dorfe Sanz, wonach letzteres von 30 Hufen jährlich je vier Mark Pfennige oder fünf Drömt Getreide entrichtet und die Bewohner jährlich vier Prokuratoren wählen, welche Bestimmungen über den Holztrieb in der Dorfmark zu treffen haben.

In nomine domini amen. Theodericus, Henricus, milites, Johannes, Hartnidus et Bernardus, fratres, dicti Vrsi, filii Lippoldi Vrsi, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Quoniam vniuersa acta a patre rite et rationabiliter ordinata post fata ipsius absque diminutione eadem confirmare, stabilire, emendare et augere ad fidelem sollicitudinem pertinet filialem, quamobrem notum esse volumus presentibus et futuris, quod de communi nostrorum consilio et bona voluntate conuencionem et ordinacionem a patre nostro dilecto Lippoldo Vrso, felicissime recordacionis, rationabiliter factam cum ciuibus ville nostre Sanzstede et eorum successoribus, quam ipsius priuilegio declarare poterunt, promocionis et emendacionis comodo (!) et pleno confirmacionis vigore volumus inuolabiliter obseruare. Primum itaque statuimus et eisdem donauimus, ut edocet priuilegium dilecti patris nostri predicti, prelibatis ciuibus nostris in Sanzstede, quicquid in distinctionibus terminorum ipsius ville primaque plantatione et adhuc comprehensum esse dinoscitur, ita videlicet, ut de ipsa totali villa et omni spacio comprehenso in terminis prelibatis pro omni censu et decima ciues iam dicte ville tantum de triginta mansis, ita quod de quolibet istorum triginta mansorum quatuor marcas denariorum vel quinque tremodia annone, videlicet viginti et duos modios siliginis, vnum tremodium ordeï, viginti et sex modios auene, cum vno top lini et vno pullo, qui rochon dicitur, nobis et nostris heredibus erogare annis singulis sint astricti; hoc in nostro vel nostrorum heredum stabit arbitrio, si pro censu eodem taxatos denarios, ut predictum est, suscipere volumus vel annonam. Addicimus itaque predictis, quod dicti villani prefatos redditus duobus temporibus anni soluent, ita quod medietatem in festo beati Martini, aliam in Epyphania domini, impedimento quolibet amputato. Hanc itaque villam prefati ciues ipsorumque successores, sicut premissum est, cum omni concepto spatio in terminis prenarratis sine qualibet dimensitate agrorum seu spaciï prehabiti a nobis et nostris posteris, ad quos dicta villa legitime contingerit, sub censu predicto temporibus perpetuis possidebunt. Item ab ipsis ciuibus inter se quatuor eligentur procuratores annis singulis, et per ipsos, quicquid in lignis resecandis in terminis sepedicte ville ordinatum vel statutum fuerit, iidem ciues communiter obseruabunt. Si autem quispiam tam pertinax fuerit, quod in hiis consentire negauerit, illum monere et coartare debemus, quod idem faciat, quod a procuratoribus electis in hac parte ciuibus ceteris est statutum. Vt autem huiusmodi conuencio et rationabilis ordinacio rata et inconuulsa permaneant, presentem paginam nostrorum sigillorum munimine duximus roborandam. Huius rei testes sunt Henricus miles et Henningus, fratres, patruales nostri, filii quondam Henrici Vrsi, Arnoldus de Gripphenhagen, Euerardus de Kilone, Johannes

Sachteleuent, Johannes Roehenbuch, Helmicus de Demin, Henricus de Neghentin, Johannes filius suus et plures alii fidedigni. Datum Gripeswald, anno domini MCCCXC octauo, in vigilia Pentecostes.

Die vier ersten Siegel an rothseidenen Fäden anhängend, das fünfte von gleichen Fäden abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Greifswald s. r. Nr. 51.

Gedruckt bei Tisch, Urk. des Geschl. Verh. I S. 190 Nr. 128; Mehl. Urk.-Buch IV S. 59 Nr. 2504.

1848.

1298 Mai 25. (in die beati Urbani episcopi).

Herzog Otto I. überträgt den Brüdern Gobelo und Johann Hovener, Bürgern zu Stettin, den Burgwall bei Messenthin und die Insel Wopage mit allem Zubehör zu erblichem Lehen.

Otto, dei gracia dux Sclanorum et Cassubie ac dominus in Stetin, vniuersis carmina presencia uisuris salutem in filio virginis sempiternam. Presencium volumine litterarum palam recongnoscimus (!) et lucidius protestamur, quod nos moti propria et beniuola uoluntate ac eciam requisito super hoc fidelium uasallorum nostrorum consilio contulimus Gobello, dilecto nostro cui nostre ciuitatis Stetin, ob multimodam seruitutem, quam nobis et nostris sepius intulit et ostendit, et suo fratri Johanni, cui prescripte ciuitatis, quibus hoc cognomen Houenere est uocatum, contulimus ipsis et suis ueris heredibus uicem circa Messcentyn situm, qui proprio nomine Borchwal appellatur, et totam insulam, que uocatur Wopak, iure hereditario et feodali, cum omni iuriditione et libertate, uidelicet in pascuis, pratis, piscationibus, in rumbis et in aliis piscibus capiendis, aquis, paludibus, siluis, lignis uel nemoribus, in tabernis factis uel faciendis et simpliciter cum omnibus commodis ibidem circumquaque iacentibus, libere et benigniter possidendo. Quapropter ne predicti fratres G[o]bellus<sup>1)</sup> et Johannes dicti Houenere uel Supple (!) eorum ueri heredes in premissarum libertate aliquo modo aut a nobis aut nostris successoribus uel officialibus inpediantur, patentes nostras litteras, signatas sigilli nostri signaculo, firmiter eisdem donauimus in testimonium et tutelam, Huiuscemodi testes isti milites sunt, qui in scripto subsequuntur (!): dominus Wilhelmus Trampo, Johannes de Hindenborgh, Rodolfus cum Torace, Johannes de Kremeszowe, Luchto de Kotene marscalcus noster, et quamplures alii fide digni. Datum per manus Johannis notarii nostri, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, in die beati Urbani episcopi.

<sup>1)</sup> Im Original Gbbellus.

An gelbseidenen Fäden das größere Reiteriegel Ottos anhängend, mit dem Sekretiegel desselben auf der Rückseite.

Original im Stadt-Archiv zu Stettin s. r. Nr. 25; Auszug ebendasselbst im Grenzbuch Tit. XII Sect. 7 Nr. 20 fol. 35.

Die Schrift der Urkunde hat auf den ersten Anschein einen etwas jüngeren Charakter. Auch der Text hat manches Ungewöhnliche. Doch ist die Besiegelung unfreitag echt und daher auch wohl nicht an der Echtheit der Urkunde zu zweifeln.

1849.

1298 Mai 25. (octavo kalendas Junii) Stetyn.

Das Kapitel der Marienkirche zu Stettin bezeugt, daß der Domherr Conrad von Sanne und dessen Bruder Arnold, Bürger zu Stettin, einen Altar in der Marienkirche gestiftet und mit 24 Mark Rente aus Münze, Zoll und Ungeld zu Stettin dotirt haben, fügt auch das Eigenthum von vier durch Conrad von Sanne zu Lufow erworbenen Hufen hinzu.

In nomine domini amen. Hildebrandus dei gracia prepositus, Bertrammus eadem gracia decanus totumque capitulum ecclesie sancte Marie in Stetyn omnibus Christi fidelibus salutem in domino Jhesu Christo. Ne id, quod gestum est, in obliuionem deueniat, expedit super ea confici publica munimenta, vt ex hiis rerum noticia posteris transmittatur. Hinc est, quod ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus deuenire, quod Conradus clericus, dictus de Sanne, canonicus noster, et Arnoldus, dictus de Sanne, frater eius, burgensis Stetinsensis, ex diuino instinctu in ecclesia nostra, ad id nostro consensu vnanimi et beniuolo accedente, altare siue perpetuam vicariam ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis Marie ac beati Pauli apostoli fundauerunt et suis propriis facultatibus dotauerunt, vt pro hac elemosina ipsorum Conradi et Arnoldi tam prouide et salubriter erogata anime parentum eorundem Johannis, dicti de Thüriz, et vxoris sue Aleydis, beate memorie, et omnium predecessorum ipsorum remedium capiant salutare. Cui altari siue vicarie iidem Conradus et Arnoldus apponentes et donantes viginti quatuor marcas denariorum in moneta, theloneo et vngeldo, officii ciuitatis Stetyn, ad sustentacionem sacerdotis ipsum altare officiantis, quas ab illustri principe domino Bguzlao (!), duce Slauorum, in phedo (!) habuerunt et tenebant, quas idem dux de consensu fratrum suorum, Barnym et Ottonis, dicto sacerdoti altari siue vicarie predictae deseruienti dedit et tytulo donacionis appropriauit sine fine ipsius vsibus applicandas inperpetuum feliciter et pacifice possidendas. Eas inquam prenotatas marcas supradicti Conradus et Arnoldus ab illis, qui ipsas annuatim percipere consueuerunt, iusto empconis tytulo sua pecunia compararunt. Nos eciam quatuor mansos cum redbibus eorundem in villa nostre ecclesie dicta Lucowe, quos predictus Conradus, cum proprietate dicte ville primo de gracia et donacione domicelli nostri Ottonis, illustris principis, ducis Slauorum, ad nostram ecclesiam deueniret, suis eciam denariis comparauit, de consensu vnanimi et libera voluntate nostri capituli dedimus atque appropriauimus altari siue vicarie prescripte ad vsus et ampliorem sustentacionem sacerdotis instituti ibidem et pro tempore instituendi, ipsum altare officiantis, renuncciantes omnibus prouentibus, quos habuimus in eisdem. Preterea sacerdos idem altare officians faciet decano obedienciam, exhibendo eidem in omnibus debitam reuerenciam et honorem, et idem sacerdos per se ad missas et ad omnes horas nocturnas et diurnas chorum cum canonicis et vicariis frequentabit, seruiendo septimanatim preter solam missam in choro, in legendo et in cantando ordinem cum eisdem, et intererit processionibus in cymiterio et extra cymiterium cum canonicis et vicariis, quocienscunque fuerint faciende, missamque diebus singulis finito silencio summe misse ad altare sibi collatum, omni occasione postposita, debite et pro commodo nostre ecclesie celebrabit. Prenotatum altare siue vicariam post mortem predictorum Conradi et Arnoldi conferent inperpetuum capitulum siue persone nostre ecclesie supradicte. Ad cuius rei stabilem memoriam et irrefragabile munimentum presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri capituli appensione duximus roborandum. Cuius rei testes sunt Johannes de Gorceken, Fredericus de Vincelberg, Fredericus de Suarthelese, canonici Caminenses, Conradus de Elsholte, Johannes de Cremzowe, Johannes de Curow, milites, Heynricus scultetus

Stetinensis, Johannes de Colonia, Johannes Albus, Petrus de Brakel, Gotfridus Scriptor, Arnoldus de Boghemyl, ciues Stetynenses, et quamplures alii fide digni. Datum Stetyn, anno domini M<sup>o</sup>CC nonagesimo VIII., octauo kalendas Junii.

*Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiars der Marienkirche zu Stettin Nr. 16.*

1850.

1298 Mai 27. (VI kalendas Junii) Stetyn.

Herzog Otto I. verspricht, die auf der Lastadie bei Stettin neu entstehenden Kirchen, deren Patronat der Marienkirche zusteht, mit ausreichenden Einkünften zu dotiren.

In nomine domini amen. Otto, dei gratia dux Slauorum et Cassubie, dominus in Stetyn, omnibus in perpetuum. Acta hominum perpetuo duratura caute rediguntur in publica munita, vt exinde geste rei series declaretur, si super hac suboriri contingat aliquid questionis. Eapropter notum fieri cupimus nationibus presentis temporis et futuri, quod cum inclitus frater noster Buguzlaus, dux Slauorum et Cassubie, et bone memorie frater noster Barnym apud ciuitatem trans Oderam circa locum et in loco, qui dicitur Lastaze<sup>1)</sup>, in descensu Oderae et ascensu erigere<sup>2)</sup> intenderint, licet per eos minime fuerit consummatum, et ecclesias, quas ibidem construi contingerit, uoluerint quo ad ius suum ad ecclesiam canonicorum sancte Marie in Stetin iure perpetuo pertinere ac competentibus prouentibus dotauisse, cupientes in hoc ipsorum uestigiis inherere ad ipsam ciuitatem exponendam fixo desiderio anhelantes id facere intendimus, cum ducatus nostri statui primum obtulerit se facultas, verum cum, vt dictum est, predicti fratres nostri, ut de hoc sumus certitudinaliter expediti, ecclesias, quas in dicto loco edificari contingerit, uoluerint ad prefatam ecclesiam canonicorum, ubi pater et frater nobis carissimi requiescunt, quantum in eis erat, decreuerant iure per[petu]o<sup>3)</sup> permanere, quod per ipsos decretum fuerat, quo ad nos et successores nostros sine [omni in]<sup>3)</sup> quietatione uolumus inuiolabiliter obseruari, obligantes nos in hiis scriptis canonicis, [qui]<sup>3)</sup> pro tempore fuerint in ecclesia Stetynensi, quod ecclesiam siue ecclesias, quam uel quas in sepedicto loco edificari contingerit, sicut animas premissorum patris et fratris diligimus, vita comite prouentibus competentibus dotabimus deo dante, et id a nostris heredibus et successoribus sub optentu successionis nostre uolumus firmiter obseruari, si hoc ex aliquo casu per nos non fuerit effectui mancipatum. Testes huius donationis sunt Johannes nobilis comes de Guskowe, dominus Dithmarus abbas Colbascensis (!), Fredericus de Eycstede, Reymarus de Wacholte, Johannes de Heydebrake, Johannes de Walsleue, Heynricus de Heydebrake, Luchto, Wilhelmus Trampo, Johannes de Hyndenburg, Rodolfus cum Torace, Johannes de Curowe, Conradus de Elsholte, Johannes de Cremzow, milites, Luchto noster marscalcus, Johannes Vrsus et alii quamplures fide digni. Vt autem hec nostra donatio firma et immobilis euis et perpetuis temporibus perseueret, presens scriptum inde confectum prefatis canonicis dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum et actum Stetyn, anno domini M<sup>o</sup>CC. nonagesimo octauo, VI kalendas Junii, per manus Johannis, nostre curie notarii.

<sup>1)</sup> Die Matrifel corrigirt Lastade aus Lastaze; im Original scheint auch Lastaze zu stehen. <sup>2)</sup> Hier fehlt im Originale offenbar ecclesias. <sup>3)</sup> Loch im Original.

Das Siegel von der blau- und weißseidenen Schnur abgefallen.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Original stark beschädigt und mit Papier unterklebt s. r. Tit. I Sect. I Nr. 9; Diplomatat (ebendasselbst Nr. 107) fol. 23; Matrifel ebendaf. Nr. 1 fol. 301.

1851.

1298 Mai 27. (VI kalendas Junii) Stetyn.

Das Kapitel der Marienkirche zu Stettin überträgt an Hildebrand und dessen Frau Elisabeth nebst deren Söhnen Johann und Dietrich auf ihre Lebenszeit vier zur Ausstattung der Kirche in Greifenhagen gehörige Hufen gegen eine jährliche Abgabe von vier Wispel Korn und Hafer.

Hildebrandus dei gracia prepositus, Bertrammus eadem gracia decanus totumque capitulum ecclesie Stetynensis omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Notum esse uolumus et presentibus publice protestamur, quod nos de unanimitate consensu ad preces domini Johannis, nostri canonici et plebani in Griphenhagen, quatuor mansos ad dotem nostram ibidem spectantes Hildebrando et vxori sue Elizabeth necnon duobus filiis eorundem, Johanni et Theoderico, diebus vite sue locauimus cum omni iure feliciter possidendos, de quibus dabunt in festo beati Martini, cuicumque nos assignare decreuerimus, post mortem domini Johannis iam dicti quatuor choros siliginis et auene annis singulis expedite, quibus defunctis mansi predicti ad nostram ecclesiam et ad manus nostras liberi reuertentur. Quod idcirco factum dignoscitur, ut sepedicti agri ab ipsis studiosius excolantur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presenti littere est appensum. Datum Stetyn, anno domini M.CC nonagesimo octauo, VI kalendas Junii.

Alte Registratur: De locacione quatuor mansorum dotis in Griphenhagen.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiarz der Marienkirche zu Stettin Nr. 15.

1852.

1298 Juni 1. (in dominica Trinitatis).

Arnold, Abt zu Camp, Bolwin, Abt zu Amelungsborn und Conrad, Abt zu Michaelstein, bezeugen, daß auf ihre Intervention das Kloster Neuenkamp dem neugegründeten Kloster Hiddensee drei Salzstätten zu Lüneburg zur besseren Dotirung überwiesen hat.

Frater Arnoldus, abbas Campensis, frater Bolwinus, abbas in Amelungesborne nec non frater Conradus, abbas de Lapide sancti Mychaelis, omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Notum facimus presentibus et futuris, quod cum capitulum generale nostri ordinis anno domini MCCLXXXVII inspectionem simul et incorporacionem loci in Hyddense, qui abbacia sancti Nycholai dicitur, commisisset, in plenaria ordinis potestate ad eundem locum accedentes inuenimus competenter dotatum ab ecclesia Noui Campi et satis habilem, vt dominus abbas cum conuentu, quem transmitti fecimus, ibidem sub disciplina possit viuere regulari. Sequenti anno inmediate nos frater Arnoldus, abbas Campensis, cum coabbatibus nostris iam premissis Nouum Campum, nostram [filiam visitantes], reperimus, quod abbatia sancti [Nycholai] in Hyddense propter multorum hominum tepiditatem [deuotionis] in elemosinarum largicione, que [vberius] sperabatur, quam effectus subsequens demonstravit, [timuimus, ne in futurum] ad derisionem ordinis [predicta abbatia] sancti Nycholai, ad defectum maiorem declinaret. Ea propter venerabili domino Arnoldo, coabbati [nostro de Nouo Campo], consulimus et persuasimus, ut dotalitium prehabitu cum redditibus aug[mentaret] aliqu]ibus. Consilio igitur nostro annuens adiecit supradicte abbacie sancti Nycholai, filie sue, tres sartagine in salina Lünenborch cum omni fructu et vtilitate, sicut ipse

dinoscitur possedisse. Quas sartagine sepe memoratus conuentus sancti Nycholai perpetuo possidebit. In cuius rei certitudinem amplio rem presentem cedulam nostris et [venerabilium fratrum dominorum] coabbatum nostrorum Johannis de Doberan et Arnoldi de Nouo Campo sigillis fecimus communiri. Datum anno domini M.CC.LXXXVIII. in d[ominica] Trinit[at]is.

Ueberschrift: de inspectione Hyddense.

Die eingeklammerten Stellen sind durch Stockflecke sehr unleserlich.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Alte (sehr beschädigte) Abschrift des 14. Jahrhunderts auf Pergament s. r. Kloster Hiddensee Nr. 67.

Gedruckt bei Fabricius III S. 112 Nr. 276; Refl. Urk.-Buch IV S. 35 Nr. 2476 (Regeft).

1853.

1298 Juni 1. (calendas Junii, dominica Trinitatis) Soldin.

Albrecht, Markgraf zu Brandenburg, gründet mit Genehmigung des Bischofs Petrus von Camin zu Soldin ein Domkapitel mit zwölf Canonikern.

— — — de consensu et consilio venerabilis patris, domini Petri, Caminensis ecclesie episcopi, ordinis Predicatorum, loci diocesani. Actum et datum in eadem ciuitate nostra Soldin, per manum Johannis, nostri notarii, anno dominice incarnationis millesimo ducesimo nonagesimo octauo, indictione undecima, epacta sexta, concurrente secunda, calendas Junii, dominica Trinitatis.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 917.

Gedruckt bei Buchholz, Gesch. der Churmark IV S. 135 (nach Gundling'scher Abschrift); Niesel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 442 Nr. 3; Rieffe, Regesta Neomarch. I S. 54.

1854.

Ueberscht.

1298 Juni 8. (prima dominica post Trinitatis) in Cusselin.

Die Stadt Cöslin giebt dem Kloster Bukow neue Privilegien über die beiden Stadt-Mühlen, welche es von dem Müller Johann gekauft hatte, und bestimmt die Mählmeße sowie deren eventuelle Veränderung.

In nomine domini amen. Vniuersis christifidelibus presens scriptum visuris vel audituris consules ac vniuersitas ciuitatis Cusselin salutem in perpetuo salutari, ad perpetuam noticiam futurorum. Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec voce testium eternantur. Hinc est, quod nos tam presentibus quam futuris cupimus fore notum, quod cum dilectus noster conciuis Johannes venerabilibus dominis et fratribus abbati de Buchouia Cisterciensis ordinis, vtraque molendina venderet, videlicet quod situm est intra plankas nostre ciuitatis et extra muros situatum, litteras et priuilegia super hiis confecta totaliter in manibus nostris resignando reliquit. Nos vero de consensu predicti Johannis et suorum heredum dicto domino abbati ac suo conuentui nouas super hac vendicione litteras dedimus et recentes. Attendentes vero ac sollicite precauentes, ne senescente mundo succedentes presentibus filii in malicia et malignandi occasione tabescant, dirumpentes, quod a nobis salubriter est statutum, volumus et presentis scripti testimonio decernimus et sanximus, quod prefati domini et fratres Buchouienses, quia nobis et successoribus nostris ab ipsis fieri iusticiam affectamus, mensuram,

dictam vulgariter matte, quam modo habent, perpetuis temporibus sine contradiccione aliqua, siue ciuibus nostris molunt vel alienigenis, habere et retinere debebunt. Sin autem nos aut nostri successores, quod quidem absit, huiusmodi mensuram infringere vel certe mutare velle-  
mus, hoc ex consensu vtroque, videlicet nostro et predictorum dominorum fratrum abbatis  
et conuentus, fieri et voluntate deberet, hac condicione firmiter et salubriter obseruata, ne  
prefatis fratribus vim aliquam uel iniuriam faciamus vel nostri faciant successores, sed vtreque  
partes super hoc vnus voluntatis effecte prenominatam mensuram sic mutant, temperent et  
disponant, ne minus quam sedecim mesure <sup>1)</sup> faciant vnum modium cuiuslibet annone, sili-  
ginis videlicet, brasii et frumenti, quam mesure mutacionem vel transposicionem de nostrorum  
ciuium consensu decreuimus iustam necnon presentibus decernimus et honestam ac consonam  
racioni. Huius rei et ordinacionis nostre testes sunt Reymarus Scalipo miles, Johannes de  
Nemiz proconsul, Johannes Doring, Conradus Vos, Thydeman Rogghesowe, Johannes Duch-  
cherowe, Ludolphus Wilde, Volbertus Theterowe, consules et burgenses in Cusselin, et alii  
quam plurimi fide digni. Datum et actum in Cusselin, anno domini M.CC.XCVIII., indictione  
XI, prima dominica post Trinitatis. Ne vero super hac concordii constitucione tam rationa-  
biliter facta quequam presencium vel futurorum ambiguitas aliqua <sup>2)</sup> circumuoluat vel infrin-  
gere presumat <sup>3)</sup>, presentem litteram super hec <sup>4)</sup> confectam dedimus sepedicto domino abbati  
et conuentui nostre ciuitatis sigillo communitam.

<sup>1)</sup> Perlbach: in fine. <sup>2)</sup> Fehlt bei Perlbach. <sup>3)</sup> Im Original  $\overline{psuat}$ , also presumat und nicht presumat, wie Perlbach auflöst. <sup>4)</sup> Perlbach: hac.

Am grauen Hanffäden hängt ein Abdruck des aus dem 13. Jahrhunderte stammenden Cösliner Stadtsiegels, dessen Stempel noch jetzt erhalten und im Königl. Staats-Archiv zu Stettin deponirt ist.

Original im Stadt-Archiv zu Cöslin Nr. 9; Abschrift bei Hagen, Diplomatar. Cussalinense (in der Rgl. Bibliothek zu Berlin) S. 167.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 502 Nr. 559.

Die Urkunde gehört mit ihrer gekünstelten Schrift sicher dem 15. Jahrhundert an.

1855.

1298 Juni 16. (in crastino beati Viti martiris) in Wusterhusen.

Petrus, Bischof zu Camin, transsumirt und bestätigt die Urkunde Bischof Hermanns d. d. 1271  
Oktober 21, betr. Dotirung der Pfarrkirche zu Wusterhusen.

Frater Petrus, dei gracia episcopus Caminensis, vniuersis christifidelibus, ad quorum  
noticiam presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Vniuersitati vestre notum  
esse volumus, nos vidisse transumptum (!) bone memorie domini Hermanni, quondam episcopi  
Caminensis, predecessoris nostri, non cancellatum, non abolitum nec in aliqua parte viciatum,  
et coram nobis legi fecimus in hec verba:

Folgt Urkunde Bischof Hermanns vom 21. Oktober 1271 (Pomm. Urk.-Buch II S. 255 Nr. 945).

Nos eciam ad dictam ecclesiam accedentibus ad exequendum nostri officii debitum  
et cum anno et die infrascriptis reconciliaremus cimiterium ecclesie in Wusterhusen me-  
morate, quod per sa[n]guinis <sup>1)</sup> effusionem violatum fuerat, eandem ecclesiam in plena et  
pacifica possessione inuenimus omnium premissorum iurium, iurisdictionum villarum, de-  
cimarum, prouentuum, reddituum et condicionum. Nos in nomine domini eidem ecclesie  
omnia premissa et singula presente copiosa multitudine parrochianorum (!) iam dicte

ecclesie confirmauimus, publice decernentes auctoritate ordinaria, dictas villas, decimas, iura, iurisdictiones, redditus et prouentus cum premissis condicionibus ad dictam ecclesiam in Wusterhusen perpetuo tempore pertinere. Testes uero suut Hildebrandus scolasticus, magister Johannes plebanus in Bursow, canonici Caminenses, Johannes prepositus, magister Conradus, canonici Colbergenses, Johannes sacerdos de Szundis, clerici, Hinricus dictus Paganus, Hinricus et Jacobus, fratres, dicti de Wostenbruge, et alii quam plures fidedigni. In cuius rei testimonium. presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Datum in Wusterhusen, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVIII<sup>o</sup> 2), in crastino beati Viti martiris.

1) saguinis Cam. Matr. 2) In der Matrifel stand ursprünglich M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCVIII, doch ist nachträglich das erste C durch einen ganz dünnen Strich gelöscht.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Caminer Matrifel II fol. 36 (Transsumt vom Jahre 1317).

## 1856.

1298 Juli 6. (in octaua apostolorum Petri et Pauli) in castro Stolpensi.

Wladislaus, Herzog des Reiches Polen und zu Pommerellen u., bestätigt und transsumt dem Kloster Belbus die Schenkungen Herzog Mestwin's II. zu Pommerellen d. d. 1288 August 24.

In nomine domini amen. Cuncta, quae aguntur in tempore, vacillant facile<sup>1)</sup>, nisi scripturae praesidio et testium amminiculo<sup>2)</sup> firmiter fulciantur ad gestorum memoriam sempiternam. Nos igitur Wladislavs, dei gratia dominus regni Poloniae, dux Pomeraniae<sup>3)</sup>, Cuyauiae<sup>4)</sup> Syradiae ac<sup>5)</sup> Lanziciae<sup>6)</sup>, coram omnibus praesentibus et futuris, quibus praesentia scripta fuerint<sup>7)</sup> explicata, protestamur ac publice profiteamur, quod inspectis priuilegiis donationis et confirmationis, quae magnificus princeps faelicis memoriae dominus Mystiwinus<sup>8)</sup>, quondam dux Pomeranorum, primogenitus incliti principis domini Swantopolci<sup>9)</sup>, contulerat ac donauerat domino abbati et fratribus castri sancti Petri in Belboch ratione foundationis monasterii sancti<sup>10)</sup> Nicolai sanctimonialium in Stolp, ipsa examinatione probari fecimus diligenti, quae priuilegia non concellata, non rasa, non abolita nec in aliqua sui parte uitata inuenimus sub hac forma:

Folgt Urkunde Herzog Mestwin's II. d. d. 1288 August 24 (Pomm. Urf.-Buch III S. 46 Nr. 1470).

Nos uero, qui de magnifici principatus prouidentia nostrorum praedecessorum operationes laudabiles et honestas in sui iuris ordine tenemur stabiliter confouere et maxime ea, quae in ipsorum nostramque consolationem uel salutem animae deueniunt<sup>11)</sup> perhennalem, praedictas donationes ac ipsorum priuilegia confirmatoria libertatesque in ipsis contentas, pro ut haec omnia, quae in scriptis ipsorum, consuetis sigillis appositis, euidenter apparent<sup>12)</sup>, inuenimus<sup>13)</sup> rite ac rationabiliter esse facta, de mera ac plena nostra uoluntate confirmamus animo liberali, nichilominus<sup>14)</sup> hoc spetialiter exprimentes, quod de consensu et bona uoluntate praedicti abbatis et fratrum de Belboch<sup>15)</sup> necnon conuentus eiusdem monasterii sanctimonialium beati Nicolai in Stolp pro<sup>16)</sup> quadam ipsorum villa, quae superius annotatur uel in aliis est priuilegiis annotata<sup>17)</sup>, uidelicet Niueron<sup>18)</sup> cum clausura quandam<sup>19)</sup> nostram villam Vlincko<sup>20)</sup> uulgariter nuncupatam in commutationem<sup>21)</sup> dedimus ac donamus. Et ut de nostra gratia ipsis aliquid superaddere<sup>22)</sup> uideamur, praedicto conuentui in ciuitate Stolpensi uel si ad alium locum translata fuerit, in quocumque se crediderint emendare, emendi ac uendendi pro ipsorum<sup>23)</sup> libito liberam conferimus uoluntatem. Ne autem huius confirmationis uel donationis nostrae gratia per aliquem malitiose ausu temerario ualeat impediri, praesens scriptum, nobis mandante (1)<sup>24)</sup> confectum, nostri sigilli munimine fecimus consignari. Acta sunt haec in castro



Stolpensi, praesentibus hiis<sup>25)</sup> testibus: comite Suenzca<sup>26)</sup> palatino Gedanensi, comite Laurentio castellano Stolpensi, comite Bogusa iudice Pomeranorum<sup>27)</sup>, comite Meczga<sup>28)</sup> subcamerario Stolpensi, comite Mathia<sup>29)</sup> castellano de Slauno et aliis quam plurimis uiris idoneis ac fide dignis. Datum ibidem, anno iucarnationis domini M.CC. nonagesimo octauo<sup>30)</sup>, in octaua apostolorum Petri et Pauli.

1) faciliter B 3. 2) aminiculo B 1. B 3. 3) Pomoraniae B 3. 4) Cnyaniae B 1. Cyraniae B 2. 5) Fehlt B 3. 6) Lanzyciae B 2. Lanzitia B 3. 7) Fehlt B 3. 8) Mistiwigivs B 2. Mistiwigivs B 3. 9) Swantopoley B 3. Von hier ab his forma fehlt B 3. 10) beati B 2. 11) denenerunt B 2. 12) apparet B 3. 13) incommunis B 1. 14) nihilominus B 2. B 3. 15) Belbuch B 2. 16) per B 1. 17) aliis priuilegiis est B 2. B 3. 18) Nineron B 1. 19) quadam B 3. 20) Flincko B 3. 21) commutatione B 2. 22) addere B 2. 23) ipso B 2. 24) mediante B 3. 25) his B 2. B 3. 26) Swenza B 2. B 3. 27) Pomoranorum B 3. 28) Metzga B 3. 29) Matia B 3. 30) Fehlt in B 1.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Belbuer Matrifel fol. 39 Nr. 37 (B 1), Transfunt Wartislaws IV. vom 25. Mai 1323 fol. 80 Nr. 65 (B 2), Transfunt Kasimirs V. vom 22. September 1372 fol. 96 Nr. 75 (B 3).

Gedruckt: Codex diplom. Majoris Poloniae II S. 156 Nr. 790; Herbach, Pommerell. Urf.-Buch S. 504 Nr. 562.

1857.

1298 Juli 13. (die beate Margarete virginis).

Der Ritter Udo bekundet, die Güter des Klosters Bergen a. R. im Dorfe Carow von demselben zu Lehen empfangen zu haben.

Vniuersis presens scriptum cernentibus Vdo miles salutem in domino sempiternam. Notum esse volo presentibus et futuris, me a religiosis et venerabilibus dominabus, priorissa et conuentu sanctimonialium beate virginis de Monte, bona, que in villa Gharowe actenus possederant, iure feudali possidenda suscepisse<sup>1)</sup>, sub ista videlicet racione, quod me via[m]<sup>2)</sup> vniuerse carnis ingresso mei veri heredes, si fuerint, eodem iure possideant dicta bona, sin alias uxori mee, quam nunc habeo, si mei superstes fuerit, ad vitam suam cedent. Que si forte post mortem meam viro alteri nupserit et ex ipso filios suscepit, ipsi filii se de bonis huiusmodi nullatenus intromittent, sed statim iam dicte vxoris mee [post]<sup>3)</sup> obitum ad memoratum monasterium penitus deuoluantur. Datum anno domini M.CC.XC.VIII., die beate Margarete virginis, presente viro venerabili domino Hinrico abbate de Hilda. Testes huius composicionis sunt vir nobilis dominus Pritborus miles et alii plurimi fidedigni. In cuius rei testimonium sigilla dominorum nominati Pritbori, Nycolai et Tezycze, fratrum eiusdem, vna cum meo presentibus sunt appensa.

Ueberschrift: De iure pheodali in Charow possessio (!) per Vdonem quondam militem racione claustris.

1) suscepisse. Matrifel. 2) via. Desgl. 3) Fehlt in der Matrifel.

Matrifel des Jungfernklosters zu Bergen fol. 54<sup>v</sup> Nr. 93; Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 925.

Gedruckt bei v. Schwarz, Pomm. Lehnshistorie S. 251; Fabricius III S. 111 Nr. 274; Pfl. Gesch. des Rl. Sibena S. 620 (Regest).

1858.

1298 Juli 13. (in die beate Margarete uirginis ac martyris) in Gustrowe.

Petrus, Bischof zu Camin, bestätigt dem Dom-Collegiat-Stifte zu Güstrow das Patronat der von Nikolaus, Fürsten zu Werle, geschenkten Kirche zu Jehna.

[F]rater<sup>1)</sup> Petrus, dei gracia episcopus Caminensis, dilectis in Christo filiis Henrico preposito, Euerhardo decano totique capitulo ecclesie Gustrowensi[s]<sup>2)</sup> salutem in domino. Cum a nobis petitur, quod consonum est rationi, equitate suadente conuenit exaudiri. Hinc est, quod a nobis uestra deposcebat discrecio, ut donacionem iuris patronatus ecclesie in Cena a nobili uiro, domino Nycolao domino<sup>3)</sup> de Werle, uestre ecclesie Gustrowensi et ipsius ecclesie canonicis factam, confirmare dignaremur, et nobis litteras sigillo ipsius sigillatas ostendistis, non cancellatas, non abolitas, non uiciatas nec in aliqua sui parte suspectas, predictam donacionem iuris patronatus ecclesie in Cena canonicis, quas cum diligencia uidimus et coram nobis legi fecimus in hec uerba:

Folgt Urfunde des Fürsten Nikolaus zu Werle d. d. 1291 April 16 für das Dom-Collegiat-Stift zu Güstrow (Mefl. Urf.-Buch III S. 416 Nr. 2113).

Nos igitur attendentes, quod premissa iuris patronatus donacio ex deuocione sincera domini Nycolai, domini supradicti, processit, ipsam, sicut facta est canonice, ratam habentes et gratam in nomine domini auctoritate ordinaria confirmamus. In cuius rei testimonium et noticiam premissorum presens scriptum inde confectum per magistrum Conradum, nostrum notarium, sigilli nostri munimine fecimus communiri. Datum anno domini M.CC. nonagesimo VIII., in Gustrowe, in die beate Margarete uirginis ac martyris.

Ueberschrift: Confirmacio iuris patronatus in Cena.

<sup>1)</sup> Für das F ist in dem Diplomatar eine Lücke gelassen. <sup>2)</sup> Gustrowensi. Diplomatar. <sup>3)</sup> Im Original stand wahrscheinlich: dicto.

Diplomatarium des Dom-Collegiat-Stifts zu Güstrow Urf. Nr. XXIX.

Gedruckt bei Schröder, Pap. Mefl. I S. 847 (unvollständig); Mefl. Urf.-Buch IV S. 70 Nr. 2511.

1859.

1298 August 22. (vndecimo kalendas Septembris) Colbergh.

Petrus, Bischof zu Camin, zeigt dem Nonnenkloster zu Colberg an, daß er die Seelsorge in den Dörfern Rosendal, Nechnin, Wobrot, Buggentin, Sellnow, Borck und die der umwohnenden Gärtner der Pfarrkirche zu Colberg übertragen hat.

Frater Petrus, dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, in Christo filiabus priorisse totique conuentui sanctimonialium in veteri Colberg salutem in omnium saluatore. Cum ex officio cure pastoralis intendere teneamur, vt populus nobis commissus per certos et legitimos plebanos salubriter gubernetur, ne oues gregis dominici pastoris sollercia carentes lacerandi luporum dentibus exponantur, nos dissimulare salua conscientia non valentes, quod homines villarum scilicet Rosendal, Nekany, Wobrot, Buggentin, Selnow, Borke et ortulani circum-sedentes absque pastore legitimo consistant, quas pluribus annis inuenimus plebano legitimo caruisse, quod esse non potuit absque magno periculo animarum, easdem villas vnimus et addimus ad ecclesiam seu parrochiam ciuitatis Colbergensis, a qua ecclesiastica sacramenta recipiant, et nihilominus eidem ecclesie de modiis annone et de aliis iuribus ad jus parrochie

pertinentibus respondere teneantur. Vos igitur priorissam et conuentum vestrum iam predictum, cum animarum curam nemini dare possitis nec autoritate aut commissione vestra aliquis soluere valeat aut ligare, ne per vos occasio perditionis animarum vltterius eueniat aut contingat, vobis districte in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis precipimus et mandamus, ne de cetero alicui vicario seculari aut religioso cuiuscunque ordinis curam animarum in villis sepedictis committere, nec pro hac iurisdictione habenda annuam pensionem aut aliquam pecunie canonicis Colbergensibus aut quibuscunque aliis soluere presumatis, ne dando pecuniam corporalem pro spiritualibus aut annexis eisdem labem prauitatis symoniace incurratis et pecunia vestra vobiscum vna cum Simone mago in perditionem prolabantur. Volumus tamen et districtius vobis imponimus, vt si quam pecuniam aut pensionem annuam de orto vel de ortis ad iurisdictionem canonicorum Colbergensium pertinentibus tenemini, quod ipsam, secundum quod consulum de Colberg et aliorum proborum virorum sententia aut taxatio dictauerit, singulis annis integre et fideliter persoluatis. Locum insuper, in quo manetis, et proprietatem ipsius, prout in priuilegio nostri predecessoris domini Hermanni, felicis memorie, contineri vidimus, in nomine domini confirmamus. Datum Colbergh, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, vndecimo kalendas Septembris, presentibus domino Lamberto decano Caminensi, magistro Conrado notario nostro canonico in Colberg, Henrico capellano nostro canonico Lubusano, et fratre Johanne socio nostro ordinis fratrum Predicatorum, et aliis quam pluribus fidedignis.

Original-Transsumt vom 17. Juni 1541 im Stadt-Archiv zu Colberg.

Gedruckt bei Bachs, Gesch. der Altstadt Colberg S. 52.

1860.

1298 August 23. (decimo kalendas Septembris) Colberg.

Petrus, Bischof zu Camin, befreit das Nonnenkloster zu Colberg von der Jurisdiction der Archidiacone und Pröbste.

Frater Petrus, dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, dilectis in Christo filiabus, priorisse totique conuentui sanctimonialium ordinis sancti Benedicti in antiquo Colberg, salutem in domino Ihesu Christo. Quia personas vestras deo dicatas optamus in domino de uirtute in virtutem progredi et donec deus deorum in Syon uideatur indesinenter proficere salutaribus incrementis, idcirco ex affectu sincere in domino karitatis, qua vestram religionem in domino prosequimur, vos speciali prerogatiua gaudere volentes personas vestras, monasterium et locum vestrum a iurisdictione archydiaconorum seu prepositorum secularium aut quorumcunque vices nostras gerencium eximimus et exemptas esse presentibus declaramus. Et ne propter eorum sententias vobis aliquociens in vestro monasterio domino deo famulandi copia subtrahatur, presentibus districtius inhibemus, ne quisquam premissorum in personas vestras seu in capellanium vestrum excommunicationis vel suspensionis aut in locum vestrum interdicti sententias promulgare aliquatenus presumat sine nostro mandato aut licencia speciali. Si uero a quocunque secus factum fuerit, hoc ex nunc irritum decernimus et inane. Vobis eciam in virtute sancte obedientie districte mandamus, quatenus huiusmodi sententias, si que contra vos late fuerint, nullatenus obseruetis nec aliqualiter formidetis. Datum Colberg, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, decimo kalendas Septembris.

Rückschrift des 15. Jahrhunderts: Priuilegium monasterii de interdicto.

Das wohlerhaltene bischöfliche Siegel an gelb- und rothseidenen Fäden anhängend.

Original im Stadt-Archiv zu Colberg Nr. 17; Original-Transsumte vom 8. August 1334 und vom 11. August 1374 ebenda selbst s. r. Nr. 34 und Nr. 58.

Kommerzielles Urkunden-Buch Band III.

1861.

1298 September 30. (in crastino scilicet Michaelis archangeli).

Richard, Abt zu Bukow, bezeugt, daß Andreas Smikon mit seinen Söhnen allen Ansprüchen auf das Dorf Böblin entsagt hat.

Nos frater Wichardus, abbas Bucouiensis, vniuersis Christi fidelibus tam praesentibus quam futuris tenore praesentium duximus protestandum, quod omnis controuersia, quae inter nos ex parte vna et Andream, nomine Smikon, suosque filios, scilicet Andream et Paulum [et]<sup>1)</sup> Stephanum, parte ex altera habebatur pro villa dicta Bobolin, domino Johanne sacerdote et commendatore in castro Slawen et Matthia milite et castellano, Petro subcamerario nec non Paulo subpincerna tunc temporis coram positis in hunc modum taliter est sopita et rationabiliter et amicabiliter terminata: Ipsis quoque propter bonum pacis dedimus sex marcas denariorum vsualis monetae duosque pannos, grisenum et album, sub tali conditione, ut ab omni cessarent infestatione, quam haberent aduersum nos super iure possessorio dictae villae et omnibus vtilitatibus pertinentibus ad eandem, ita plane, vt nec ipsi aut haeredum vel quicumque consanguineorum ipsorum contra nos occasionem malignandi qualicumque modo in posterum habere valeant de villa iam saepius memorata. Ad cuius rei euidenciam amplio-rem dominus Johannes sacerdos et commendator in castro Slawen, Matthias castellanus et miles, Petrus subcamerarius, Paulus subpincerna, huius compositionis mediatores, sigilla ipsorum praesenti literae in testimonium appenderunt. Huius rei testes sunt Johannes tunc temporis prior, Constantinus, Johannes de Krakowe, monachi, dominus Johannes sacerdos et commendator de castro Slawena, Matthias castellanus et miles, Petrus subcamerarius, Paulus subpincerna, Buteke sacerdos et capellanus ibidem, Vorseke signifer, Constantinus ciuis in Stolp. Datum et actum anno domini millesimo ducesimo nonagesimo octauo, in crastino scilicet Michaelis archangeli.

Ueberschrift: De compositione villae Bobolin.

<sup>1)</sup> Fehlt B. M.

Bibl. der Ges. für Pommer. Gesch.: Bukower Matrifel fol. 154 v; Regl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. IV Nr. 780.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 508 Nr. 566.

1862.

1298 Oktober 2. (in die Leodegarii martiris) Gardiz.

Herzog Otto I. überträgt dem Marienaltar in der Nikolaiirche zu Garz a. D. eine Rente von 10 Schillingen aus zwei Hufen zu Geseow und von 10 Schillingen aus den Hufen Gerhards von Jamefe, Bürgers zu Garz, sowie dem Katharinenaltar in derselben Kirche gleichfalls eine Rente von 10 Schillingen aus den Hufen des Johannes Bröker, Bürgers zu Garz.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Ne ea, que geruntur in tempore, lapsum sumant cum tempore, expedit ut litteris et lingua testium roborentur. Nouerint uniuersi igitur presentes et futuri, quod nos Otto, dei gracia dux Slauorum et Stetynensis, vnanimi consensu, deliberacione quoque prouida, vnum talentum denariorum contulimus et optulimus altari, quod in ecclesia sancti Nycolai in Gardiz ad honorem sancte Marie est constructum,

singulis annis perpetuo duraturum. Preterea X solidorum quantitatem modo simili optulimus alii altari, quod in eadem ecclesia ad honorem beate Katherine est constructum, dei amore inspecto, eciam perpetuo duraturam, vt nostrorum progenitorum et nostri memoria perhenniter habeatur. De duobus vero in uilla Jesov mansis primum altare recipiet X solidos et decem solidos de mansis Gherardi de Jameke, ciuis in Gardiz. Reliquum (!) altare X solidos super mansos, quos Johannes de Palude, ciuis in Gardiz, nunc possidet, recipiet annuatim. Ne autem super huiusmodi collacione in futurum erroris scrupulus subnascatur, presencia nostro sigillo communiri fecimus ad cautelam. Testes huius donacionis sunt dominus Wilhelmus Trampo, dominus Stango, dominus Rodolphus mitter (!) Plate, Johannes de Hinneborch, milites, Johannes notarius curie nostre et alii quam plures fide digni. Datum per manum Johannis et actum Gardiz, anno domini M.CC.XCVIII<sup>1)</sup>, in die Leodegarii martiris.

Alte Registratur: In Gardiz talentum ad vnum altare et X solidi ad aliud altare in ecclesia sancti Nicolai.

<sup>1)</sup> Im Copiar stand ursprünglich MCCC, doch scheint das letzte C schon früher absichtlich gelöscht zu sein.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiars der Marienkirche, Nr. 34.

1863.

1298 Oktober 3. (in vigilia beati Francisci confessoris) Tunsbergen.

Odwin, Herr zu Hegranes, Schatzmeister des Königs zu Norwegen, sendet den Seestädten Waaren zur Begleichung der ihnen versprochenen 200 Mark Silber und verspricht für einen etwaigen Fehlbetrag an der durch den Kalmarischen Vergleich festgesetzten Summe aufzukommen.

Omnibus presens scriptum cernentibus Odewinus dominus de Hegrenes, thesaurarius illustris domini regis Norwegie, salutem in domino sempiternam. Vniuersis tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod nos promisimus procuratoribus ciuitatum mariti[ma]rum<sup>1)</sup> Slaue, Johanni de Dowaye de Lubeke, Theoderico Kockenmoster de Rostock, Johanni de Meppen de Stralessundis ex parte dicti domini regis CC marcas puri in ualore denariorum nouorum Anglicorum computato<sup>2)</sup>, quas Normanni dictis ciuitatibus ex forma concordie soluere tenebantur, Lubeke uel Rostok uel Stralessundis persoluendum. Vnde sciendum, quod nos mittimus ad ciuitates predictas nauigio tantas merces, in quibus soluere credimus dictis ciuitatibus dictam pecuniam, in dampno et lucro regis supradicti. Insuper, quod si tales merces periclitarentur, quod absit, tunc dictis ciuitatibus soluere debemus antedictam pecuniam in festo Pentecostes proximo venturo. Ceterum quod si argentum Kalmaricum sepedictis procuratoribus tradit[um]<sup>3)</sup> in aliquo deficeret in [ex]aminatione<sup>4)</sup> Kamini, illud supplere debemus per nos uel per nuncios nostros ciuitatibus superius annotatis. Datum Tunsbergen, in vigilia beati Francisci confessoris, anno domini M.CC.XC VIII.

Das Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

<sup>1)</sup> maritimum. Orig. <sup>2)</sup> Im Original ist hier eine Korrektur. Ursprünglich scheint deputato gestanden zu haben. <sup>3)</sup> tradito. Orig. <sup>4)</sup> aminatione. Orig.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt bei Lappenberg, Urk.-Buch S. 738; Bibl. Urk.-Buch II S. 81 Nr. 102; Fabricius III S. 72 Megeft 455; Mehl. Urk.-Buch IV S. 76 Nr. 2519 (Megeft); Hansjareesse I Nr. 59 (Megeft); Hans. Urk.-Buch I S. 432 Nr. 1290 (Megeft).

1298 Oktober 4. (in die sabbati post festum beati Michaelis) Werben.

Petrus, Bischof zu Camin, transumirt die Urkunde seines Vorgängers Hermann d. d. 1272 April 15, betreffend die Dotirung des Probstes, Defans und Thesaurars der Marienkirche zu Stettin.

Frater Petrus, dei gracia episcopus Caminensis, vniuersis, ad quorum noticiam presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Vniuersitati vestre notum esse cupimus, nos uidisse<sup>1)</sup> cum diligencia litteras sigillo venerabilis in Christo patris, bone memorie, domini Hermanni, predecessoris nostri, sigillatas, non abolitas, non cancellatas, non raras nec in aliqua parte sui viciatas<sup>2)</sup> uel suspectas, quarum tenor sequitur in hec uerba:

Folgt Urkunde Bischof Hermanns vom 15. April 1272 über die Dotirung des Probstes, Defans und Thesaurars der Marienkirche zu Stettin (Pomm. Urf.-Buch II S. 261 Nr. 954).

Nos uero inherentes vestigiis<sup>3)</sup> predecessorum nostrorum premissum nostri predecessoris factum, prout superius enarratur, gratum habemus et ratum et in nomine domini auctoritate ordinaria confirmamus. Datum Werben, anno domini M<sup>CC</sup>.XC.VIII., in die sabbati post festum beati Michaelis.<sup>4)</sup>

Auf der Rückseite beider Ausfertigungen die alte Registratur: Confirmacio domini Petri episcopi, quod villa Kesow pertinet ad preposituram, ad decanatum XV marce denariorum de ecclesia Penkun, ad custodiam ecclesia ville Lodentyn.

<sup>1)</sup> uidisse M 2. <sup>2)</sup> uiciatas M 2. <sup>3)</sup> nestigiis M 2. <sup>4)</sup> Michahelis M 2.

Das Siegel von dem aus dem Pergament geschnittenen Bande abgefallen (M 1. M 2.)

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Zwei Originale s. r. Tit. I Sect. I Nr. 7 (M 1) und 8 (M 2); Abschrift ebendas. Nr. 33, Matrifel ebendas. Nr. 1 fol. 255v, Diplomatar desgl. Nr. 107, fol. 19.

1298 Oktober 31. (in vigilia Omnium Sanctorum) in Bard.

Der Ritter Matheus Molteke befreit Heinrich, Schulzen zu Frauendorf, von dem Dienste mit einem Pferde gegen eine jährliche Abgabe von 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Mark Pfennigen.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Omnibus christifidelibus hanc litteram visuris Matheus Molteke dictus, miles, quicquid poterit obsequi et honoris. Ne ea, que aguntur in tempore, simul cum tempore defluant, necesse est ea scripturis auctenticis roborare. Hinc est, quod tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod de consensu et consilio tam puerorum quam amicorum nostrorum nos et nostri heredes Hinricum villicum de Vruwendorp et suo sheredes de seruicio vnus equi, quo nobis seruire tenebatur pro II<sup>f</sup> marcis denariorum usualis monete, quas ipse et sui successores nobis uel nostris heredibus singulis annis in festo beati Martini dabunt, reddimus inperpetuum liberos et exemptos. Vt autem hec actio stabilis et inuiolata in perpetuum perseueret, super eam hanc litteram dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum anno domini M<sup>CC</sup>.LXXXVIII., in vigilia Omnium Sanctorum, in Bard.

Regl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 94.

Gedruckt bei Fabricius III S. 111 Nr. 275.

1866.

1298 [Anfang November] (VI nonas Nouembris) Camin.

Bogislaw IV., Herzog zu Pommern, und Wizlaw II., Fürst zu Rügen, nehmen die Einwohner der Stadt Colberg in ihren Schutz und gestatten ihnen freien Handelsverkehr in ihrem Lande.

Nos Bugezlaus, dei gratia dux Slauorum et Cassubie, necnon Wizlaus, eadem gratia princeps Ruyanorum, omnibus presens scriptum audituris seu visuris salutem in omnium saluatore. Actio temporalis cicius cum tempore labitur, nisi scripture memoria uel lingua testium roboretur. Igitur noscat verenda natio presentium et felix successio futurorum, quod nos consulum ac vniuersorum burgensium ciuitatis Colberg nobis dilectorum fidelitatis et constantie integritatem necnon plurima beneficia promerenda considerantes obligamus nos cum heredibus nostris et omnibus amicis pro nobis facere volentibus, vt eos fouere, protegere et defensare debeamus in omnibus, velud incolas nostre terre. Eciam si necesse fuerit, sub nostris expensis (!) eis astare contra omnes tam principes quam dominos seu alios quoscumque, qui eos inuadere presumpserint, eorum nostram iniuriam reputando, et hoc facere debemus, quandocumque ab eis uel eorum certis nunciis fuerimus requisiti. Preterea vendere, emere et alia licita quelibet in nostris dominiis exercere (!) et eadem negociando perambulare potuerunt libere et secure. Ne autem hanc donationem et obligationem nostram pie factam in posterum quisquam valeat infirmare, presentem damus paginam inde confectam nostrorum sygillorum munimine firmiter roboratam. Testes sunt dominus Johannes prepositus, dominus Lambertus decanus ecclesie Caminensis et dominus Wizlaus tesararius eiusdem ecclesie, item Wluoldus de Below, Henricus de Reno, Nicolaus Grope, Nigenlant, Henricus Steding, Jacobus de Westingebruge, milites, et plures alii fidedigni. Datum Camin per manum Henrici notarii, in anno domini M.CC.XC.VIII., VI. nonas Nouembris.

Es ist nur ein Pergamentstreifen durchgezogen; von diesem ist das Siegel abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Colberg Nr. 18.

Gedruckt bei Niemann, Gesch. von Colberg, Anhang S. 10 Nr. IX; Hans. Urf.-Buch I S. 433 Nr. 1293 (Regest).

In der Datirung dieser Urkunde liegt entschieden ein Fehler vor, da VI. nonas Nouembris im römischen Kalender überhaupt nicht existirt. In bestimmter Weise jedoch zu verbessern, ist nicht möglich, da sowohl die VI, als auch nonas oder gar Nouembris verschrieben sein kann. Die ganze Urkunde ist sehr flüchtig niedergeschrieben, wie ein Blick auf dieselbe zeigt; die Zeilen laufen nicht parallel dem unteren Rande, ungewöhnlicher Weise finden sich mitten im Satz Verben mit großen Anfangsbuchstaben geschrieben, die Datirung lautet in anno domini u. s. w. Auch ist weder ein Einschnitt, noch ein Pergamentstreifen für das zweite Siegel vorhanden.

1867.

1298 November 10. (in vigilia Martini confessoris) Rostok.

Amund Bratte, Bürger zu Tunsberg, bekennet, daß die Waaren, welche er auf Befehl des Odewin von Hegrans und des Erlinger für den König zu Norwegen nach den Wendischen Städten anstatt 200 Mark reinen Silbers gebracht hat, 57 Mark 11 Schilling Sterling weniger werth befunden sind, und daß an dem Ralmarischen Silber 9 Mark gefehlt haben, verspricht auch, diese 66 Mark 11 Schilling zu Ostern 1299 nachzahlen zu lassen.

Ego Amundus dictus Bratte, ciuis Tunsbergensis, omnibus presencia conspecturis notum esse cupio presentibus et protestor, quod dum missus [fui]<sup>1)</sup> a viris nobilibus; domino Odewino

de Hegrenes videlicet et Erlingero cum mercibus quibusdam in ciuitates maritimas Slanie ad satisfaciendum dictis ciuitatibus de CC marcis puri argenti ex parte predictorum O. et E., qui dictam pecuniam nomine gloriosi principis, regis Norwegie, sibi assumpserant ciuitatibus persoluendam, in predictis mercibus, cum a viris discretis tam Noricis quam Theutonicis, qui mecum presentes aderant, estimate fuissent, defectum habui in LX marcis argenti II marcis minus et II solidis sterlingorum, marca computata pro XIII solidis nouorum sterlingorum et III denariis. Quas tamen merces sub condicione in custodia ciuitatum reposui; si prefati domini O. et E. uel alius aliquis nomine regis Nor[wegie] dictas res siue merces pro CC marcis habere voluerit, facultatem habeat liberam, dummodo de CC marcis argenti ciuitatibus respondeat memoratis et de IX marcis argenti similiter, que in argento Kalmarico defecerunt. Si autem merces pro precio computato dimittere voluerint, tunc me ad hoc presentibus obligo et promitto fidentenus, quod per me uel per alium memoratis ciuitatibus LX marce argenti duabus marcis minus et II sol[idis]<sup>2)</sup> ster[lingorum]<sup>2)</sup>, in quibus defectum habent, in Pascha proximo expedite fieri procurabo. Testes sunt Gerardus Vingerhut, Hermannus Sartor, Johannes Hauere, Halkerus Monic, Widerus. In cuius rei euidentiam sigillum meum presentibus est appensum. Datum Rostok, in vigilia Martini confessoris, sub anno domini M.CC.XC.VIII.

1) Fehlt im Original. 2) Im Original nicht ausgehrieben.

Das Siegel nebst Preßel abgeriffen.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt im Bib. Urf.-Buch II S. 81 Nr. 103; Meff. Urf.-Buch IV S. 78 Nr. 2522 (Regest); Hanfareceffe I Nr. 60 (Auszug); Hanf. Urf.-Buch I S. 433 Nr. 1294 (Regest).

1868.

1298 November 17. (XV kalendas Decembris) Reate.

Papst Bonifaz VIII. beauftragt den Bischof zu Camin, die dem Kloster Colbas entfremdeten Güter wieder zu dessen Besitz zu bringen.

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, venerabili fratri, episcopo Caminensi, salutem et apostolicam benedictionem. Ad audienciam nostram peruenit, quod tam dilecti filii abbas et conuentus monasterii de Colbas, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, quam predecessores eorum decimas, terras, domos, possessiones, prata, nemora, molendina, pascua, ortos, redditus, iura, iurisdictiones et quedam alia bona ad monasterium ipsum spectancia nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad uitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam uel sub censu annuo concesserunt, datis super hoc litteris, confectis publicis instrumentis, interpositis iuramentis, factis renunciacionibus et penis adiectis in ipsius monasterii non modicam lesionem, quorum aliqui dicuntur super hiis confirmacionis litteras in<sup>1)</sup> forma communi a sede apostolica inpetrasse. Quia vero nostra interest, super hoc de oportuno remedio providere, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius monasterii per concessionem huiusmodi alienata inueneris illicite uel distracta, non obstantibus litteris, instrumentis, iuramentis, penis, renunciacionibus et confirmacionibus supradictis, ad ius et proprietatem eiusdem monasterii legitime reuocare procures, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, conpescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio uel timore subtraxerint, censura simili, appel-



lacione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum [R]eate<sup>2</sup>), XV kalendas Decembris, pontificatus nostri anno quarto.

Ueberschrift: Item priuilegium siue papale domini Bonifacii diuina clemencia pape VIII, quod omnia distracta seu alienata sunt reuocanda per episcopum Caminensem.

<sup>1</sup>) in in C. M. <sup>2</sup>) Beate C. M.

Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbaßer Matrikel fol. 89 Nr. 250. Fehlt bei Potthast, Regesta Pontif.

1869.

1298 Dezeraber 6. (Nycolai episcopi et confessoris) in Guzstrowe.

Nicolaus, Herr zu Werle, verheißt dem Kloster Neuenkamp, daß außer diesem Niemand Anlagen von Mühlenwerken bei der Stadt Plau machen darf.

Nycolaus, dei gracia dominus de Werle, presencia visuris salutem inperpetuum. Notum facimus vniuersis, quod nos fratres monasterii Noui Campi in remissionem nostrorum peccaminum et ob dilectionis gratiam specialem, quam circa ipsos et ipsorum deuote gerimus monasterium, in omnibus, quibus possumus, cupimus libertare. Quare tam presentibus quam futuris inhihemus, ne aliquis hominum in agris ad ciuitatem Plawe pertinentibus vel adeo vicinis molendina, que vento reguntur aut equis, que circumducuntur, vel cuiuscumque generis, construi faciat aut construere presumat in preiudicium fratrum monasterii memorati. In cuius rei perpetuam firmitatem presens scriptum sigillo nostro roboramus. Datum in Guzstrowe, anno domini M.CC.XCVIII., Nycolai episcopi et confessoris.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium domini Nycolai super molendina, que uento reguntur et cetera.

Das Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meß. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in den Meßlenb. Jahrbüchern XVII S. 289 Nr. 22; Eißch, Cod. Plawens. S. 47; Meßl. Urk.-Buch IV S. 79 Nr. 2524.

1870.

1298 Dezeraber 23. (des negesten drudden daghes vor der bordt Jhesu Christi).

Herzog Bogislaw IV. giebt der Stadt Usedom das Lübische Recht, Zollfreiheit, Fischerei im Haff, beschreibet die Grenzen ihres Gebiets und bestätigt ihr 18 Hufen, welche früher dem Ritter Johann Köller gehörten.

In gades namen amen. Buggheslaus, van gades gnaden en hertoghe der Wenden vnde der Cassuben, alszweme ewich do wy tho wetende, vp dat dat de dinghe, de dar scheen an der tydt, nycht tho szamende thobraken werden mydt der tydt, szo plechtme sze tho beuestighen vnde ewich thomakende myth nogastighen scriften vnde tughen. Hijr vmme szo scholen weten de thelinghen, de nu jeghenwerdich syndt vnde thokamende werden, dat wy wyllen vnser leuen borgheren yn unser stadt Vszenym vnde eren nauolghers yn alle erenn dynghen vnde zaken wysliken vorszeen vnde desuluen borghere vorszeen myth sundergher gunst. Szo hebbe wy ghegheuen vnde gheuen der irghenanten vnser stadt vnde in alle eren enden vnde eghenicheyd, de sze bowyszen konen van vnser olderen wegghen vnde vnser, dat Lubesche recht ewichliken tho besittende, dat se scholen eschen vnde sukenn thome Gripeszwolde, wen noth

vnde behuff is. Ock gheue wy den vorbonomeden vnsen borgheren yn Vszenym alle vrigheyth vnde wanheyden, de de vorbonomede vnsze stadt Gripeszwolt kan bowiszen yn deme vorbonomeden Lubeschen rechte vnde yn synenn priuilegien. Szo gheue wy ock orloff den suluen borgheren, dat sze vrigh moghen wancken ofte theen in vnseme lande vnde ghebede ane tholl. Ock gheue wy en de vrigheyth tho vischende yn deme varschen mere belegghen by erer stadt. Ock botekene wy de enden der vorbonomeden stadt vnde ere scheidunghen: van der brugghen des waters, dat uth vletende is twuschen deme clostere vnde der stadt beth tho deme myddele des brokes, ghenomet de rughe ceppele, vnde van deme myddele des brokes beth tho des abbetes barghe, ghenomet de Karlegorick, dar na wente tho deme vthersten uthulete, dat dar endighet dat velth Yellendyn vnde Carnyn, den recht uth tho ghande tho deme dorpe Clossouw beth tho deme myddele des vlethes der Pene, dar na dorch dat myddele der Pene beth tho der Vlene dorch dat myddele des szees, ghenomet de swarte zee, denne van deme zee tho deme weghe Morghennewytze, tho uolghende den wech ouer den berch tho deme weghe na Sukouw, vnde van deme berghe tho der kule yn deme parte des homes Pharaonis, denne van der kule recht uth tho gande tho deme borchwalle des slates, van wellekereme borchwalle vort an dorch dat myddele des brokes, ghenomet Brozzael, beth tho deme ende der heyden vnde des campos yn deme Beryn, denne van deme campe wente tho deme berghe, de dar licht by deme weghe na der Swyne, denne vort an recht uth tho gande na deme Parszeker zee, ghenomet de namelosze zee, vnde dwer dorch den zee beth tho der kule des bischoppes. Disse vorscreuenden (!) enden vorlighe wy vnde gheuen vnsen vorbonomeden borgheren mydt alle den dinghen, dede werden vntholden in den vorscreuenden enden, also yn heyden, broken, weyden, thorue, vischeryghen, holteren, vleten vnde wyschen. Dar na in den suluesten gnaden hebbe wy gheuen den irghenanten vnsen borgheren tho Vszenym achteyn hūnen, wellekere hūnen wandaghes weszet synt Johannis Kolres des rydders, vnde allen, dat yn den enden des (!) vorghenomeden hūnen vort inholden, myt aller eynicheit des Lubeschen vnde werlikes rechtes ewich rouweszam vnde vredeszam tho besittende. In welkeren vorscreuen dinghen mer apenbaerheyth vnde bestenlike bouestinghe szo hebbe wy ghegheuen disse jeghenwerdighe scrift vnsen borgheren bouestighet myt szekerheit vnses inghesegheles. Ghegheuen tho Anckelam in der jeghenwerdicheit der erwerdighen Lamberto dekene der kercke tho Cammyn, de eddele man here Jakecze greue tho Gutczhouw, Wulfeldo ryddere vnsze anrichter, Hermanno Dracone vnsze marschalk, Martino Magno, Hinrico Stedinck, Werner Lepel, Conrado Heyden, Henningho van Kemesze, Petro de Kameda, Nicolao vnde Hinrico vamme Ryne, ryddere vnde vele mer löffwerdigher lude, an dem jare der mynshwerdinghe Cristi dusent twee hondert in deme achte vnde neghentigsten, des negesten drudden daghes vor der bordt Jhesu Christi.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Transsumt vom 23. Juni 1312 (im Transsumt vom 26. Januar 1367, im Transsumt vom 13. Nov. 1373, im Original-Transsumt vom 9. Nov. 1399) im beponirten Wefomer Stadt-Archiv Nr. 3.

Gedruckt bei Schöttgen und Kreyfig III Diplom. S. 18 Nr. 28; v. Balthasar und Gesterding, Abhandlung von den in Pomm. Städten geltenden Rechten S. 96; Hansf. Urf.-Buch I S. 434 Nr. 1298 (Regest).

Deutsche Urkunden kommen im 13. Jahrhundert in Pommern noch nicht vor. Es ergibt sich aus den Ab-lativen Lamberto, Wulfeldo etc. in der Zeugenreihe ganz deutlich, daß eine Uebersetzung vorliegt, in deren lateinischem Original presentibus Lamberto etc. gestanden haben muß. Ebenso hat der Uebersetzer jedenfalls proxima tercia feria mit des negesten drudden daghes wiedergegeben. Das lateinische Original oder auch eine Abschrift desselben hat sich nicht erhalten.

1871.

1298 Dezember 25. (in festo Natiuitatis domini nostri Jesu Christi) Camyn.

Herzog Bogislaw IV. überträgt den Nonnen des Klosters zu Wolin die Bede des Dorfes Camon, welches sie von dem Ritter Ubesco erkaufte hatten.

In nomine domini amen. Buguzlaus, dei gracia dux Sclavorum et Cassubie, omnibus in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne simul cum processu temporis evanescant et pereant, solent scripti testimonio perhennari. Sane igitur sciant tam presentes quam futuri, quod nos de bona nostra uoluntate in laudem dei et beate genitricis eius contulimus sanctimonialibus in Wolin de uilla Conowe, quam emerant a milite Vbescone, precarias siue euenciones ceteras, que nos contingere possunt in denariis monetarum seu aliis perpetuo possidendam ad supplementum et consolacionem filie nostre Jutte in predictarum dominarum Wolin collegio assumpte, maxime cum idem collegium a nobis sit primitus institutum pro salute nostra et remedio omnium parentum nostrorum tam mortuorum quam uiuorum et teneamur eidem conuentui fideliter prouidere. Vt igitur hec nostra actio non valeat a nobis aut ab heredibus nostris seu a quocunque, quod absit, temere irritari, fecimus hanc litteram nostri sigilli testimonio communiri. Testes uero sunt dominus Jacze comes de Gutzekow, Johannes summus (!) prepositus, Lambertus decanus, Wyslaus teaurarius, Hildebrandus scolasticus, domini canonici Camynenses, Wol[u]oldus<sup>1)</sup> dapifer, Hermannus Draco marscalcus, Johannes de Heydebreke, Johannes, de Wachholt, Wernerus Lepel, Ar. Monachus de Bo[n]jen<sup>2)</sup>, milites, et ceteri quam plures. Datum Camyn, anno domini M.CC nonagesimo nono, in festo Natiuitatis domini nostri Jesu Christi.

<sup>1)</sup> Wolnoldus. *Matrifel.* <sup>2)</sup> Bouen. *Matrifel.*

*Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Wolliner Original-Matrifel fol. 8 Nr. 7; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 940.*

1872.

1298.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, setzt die Hufenzahl der im Fürstenthum Rügen und in der Herrschaft Boiz gelegenen Dörfer des Klosters Eldena fest.

Fürst Witzslafs breff, dar in steit, wo vele bouen disse dorper hebben, alse Rigenferke, Wampen, Lezeniz, Hennekenhagen, Steffenshagen, Petershagen, Wackerow, Pansow, Subesow, anno MCCXCVIII.

*Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Extract miner gnedigen zc. (I<sup>a</sup> Folio 53) f. 78 v.*

*Gedruckt bei Bhl, Gesch. des Kl. Eldena S. 620.*

1873.

1298.

Erich Menved, König zu Dänemark, und sein Bruder Herzog Christoph geben dem Erich, König zu Norwegen, und dessen Bruder Herzog Hafon freies Geleit zu einer für den 8. September verabredeten Zusammenkunft zu Prestholm in Halland.

-----  
 Dette leyde hafue forseget med hannem hertug Witzslaff aff Ryen, hertug Erich Knudson aff Hallind, drost Aage, Niels Lauritzson, Lauris Tygeson, David Paper, Peder Joenson, Oluff

Thagesøn, Peder Nielsøn aff Thosland, Hamund Lille, Joseph Mogensøn, Johan Nicklesøn, Niels Brook, oc Ingvord Hiort. — — — —

Notiz bei Hittfeld, *Danmarks Rigis Krønike* (Kopenhagen 1652) S. 311; Torfäus, *Histor. rer. Norveg.* T. IV 393; Fabricius III *Regeste* 453.

1874.

1298.

Günther und Johann, Herren zu Werle, genehmigen den Verkauf des Eigenthums von Gütern durch den Fürsten Nikolaus, ihren Bruder und früheren Vormund, an das Kloster Neuenkamp.

Gunterus et Johannes, dei gracia domicelli de Werle, omnibus presens scriptum visuris inperpetuum. Notum facimus presentibus et futuris, quod, cum venerabilis pater et abbas monasterii Noui Campi, ordinis Cystertiensis, Zwerinensis dyocesis, proprietatem quorundam bonorum seu possessionum sue ecclesie pro summa quadam pecunie a dilecto fratre nostro, domino Nycolao de Werle, qui noster tunc in hereditate paterna prouisor exstitit, comparasset, idem abbas nostrum ad dictum contractum humiliter petiuit, vt decuit, adhiberi consensum. Nos vero in remissionem peccaminum nostrorum et ob spem vite eterne dicti fratris nostri donationem seu venditionem prefate ecclesie Noui Campi factam voluntate libera in eum gratam et ratam habentes presentis scripti testimonio sepedicto monasterio, provt in priuilegiis super dictis possessionibus siue possessionum proprietatibus expressum est, confirmamus. In cuius rei firmitatem perpetuam, quia sigilla non habemus, vsi sumus sigillis predilecte matris nostre, domine Sophye de Werle, necnon auunculorum nostrorum, dominorum Borchardi et Wolteri, comitum de Lyndowe, cum quibus sigillis presentem cedulam fecimus communiri. Datum anno domini M.CC. nonagesimo octauo.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Confirmacio Guntheri et Johannis, dominorum de Werle, super uendicione bonorum a domino Nicolao, fratre eorum, facta cum abbate.

Die Siegel mit dem unteren Theile der Urkunde abgeriffen.

Original im Kgl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Nl. Neuenkamp Nr. 61; Dreger, *Cod. Pom. dipl. Mser. IV* Nr. 926; *Bibl. der Gef. für Pomm. Gesch.*: Dreger, *Registratur III* (1298) Nr. 10; *Klempkens Extract* 2c. fol. 35.

Gedruckt bei Hsch, *Cod. Plawens.* S. 44; *Mefl. Urk.-Buch IV* S. 34 Nr. 2474; Duge, *Urk. Nachr. über Goldberg, Urk.* S. 39 (Regest).

Auffallend ist, daß Günther und Johann sowohl im Jahre 1288 (s. d.) wie 1298 der Siegel entbehren und jedesmal für sie ihre Mutter Sophia und ihre Oheime, die Grafen von Lindow, siegeln, im Jahre 1288 Burkhard und Ulrich; oben Burkhard und der nach der Ruppiner Gedächtnistafel (Niedel, *Cod. dipl. Brand. I*, 4 S. 39) 1279 gestorbene Walter; ein späterer Walter ist nicht bekannt. Auch die Registratur auf der Rückseite der Urkunde ist von späterer Hand geschrieben, wie die auf den übrigen Neuenkamper Urkunden befindlichen. Sonst macht die Urkunde den Eindruck der Echtheit. Die Namen der beiden Grafen sind nachträglich eingefügt.

1875.

[um 1298 Schluß].

Heinrich Kale, Bürger zu Dortmund, berichtet an den Rath seiner Stadt über die Versammlung der Wendischen und Westfälischen Städte zu Lübeck und deren Beschlüsse.

Honestis viris dominis consulibus ciuitatis Tremoniensis . . Hinricus Caluus, ciuis eorum, obsequium semper promptum. Cum ciuitates Westfalie Lubeke peruenissent et ego vestro

nomine cum eis ibidem comparuissem, ciuitatum maritimarum nuncios ibidem inuenimus congregatos, vbi compertum est et recitatum, quod induciata sit gverra, que fuit inter fratres domus Tevtonice et ciuitatem Rigensem et pacificata sit vsque ad festum sancti Nicolai proxime venturum. Medio quoque tempore sic omnia stabunt in pace, quod ad litem regressus patere non debeat aliqua ratione et que pars interim transgressa fuerit limites placitacionis habite inter partes, illa cessabit et, quod forefecerat, emendabit. Dicte vero ciuitates vna cum ciuitatibus Westfalie amplius in presenti nichil hiis addere valentes vnanimiter decreuerunt, bonas velle mittere litteras, specialiter fratribus et eciam specialiter ciuitati Rigensi, exortando eos et eis fideliter perswadendo, quod non transgrediantur placitaciones, sed omnia seruent inuiolabiliter, prout sunt laudabiliter ordinata; molestum enim esset ciuitatibus, si placitaciones easdem in aliquo violarent. Quo facto petiuerunt consules ciuitatum predictarum, quod nos nuncii, qui venimus de Westfalia, diceremus, quid nobis videretur expediens in hac parte. Quare nos interloquentes ressondimus (!), nobis visum expediens esse super omnia, quod treve seruarentur et interim ad perpetuam pacem tenderent ipse partes, sicut ipse ciuitates maritime conceperint. Item in captura allecium yemalium officiales regis Norwegie a mercatoribus ibidem nimis inordinatum theloneum acceperunt, de naue scilicet L vel LX solidos sterlingorum, vnde Slaue ciuitates omnium ciuitatum nomine regi, duci Norwegie et eorum consiliariis mittunt litteras, quod a talibus et similibus in regno iniuriis cessare dignentur et mercatores in graciis et libertatibus dignentur conseruare, sicut extitit ab antiquo, hoc velint in omnibus, quibus potuerint, deseruire et petunt, quod super hiis eis rescribere dignetur, et quicquid tunc eis inde fuerit remandatum, hoc velint vobis continuo in suis litteris declarare. Ciuitas Lubicensis non desiderat aliud de iure Nogardensi, nisi si mercatores ibidem in curia dubitauerint in aliquo, quod hoc ibidem mercatores scribant aut aperiant consulibus Lubicensibus, illud expedire velint et in curiam eandem mittere, quod illud ibi scribatur et ibi, sicut expedit, obseruetur. Placet eciam ciuitatibus, quod in Gotlandia non habeatur sigillum, quod sit communium mercatorum; cum illo namque sigillari posset, quod ciuitatibus aliis non placeret; queis enim ciuitas habet per se sigillum, cum quo suorum ciuium negocia, prout expedit, poterit sigillare. Ciuitatibus extitit valde gratum, quod ad eas suos nuncios ciuitates Westfalie transmiserint, vbi presentes erant eciam fratres domus Tevtonice et nuncius ciuitatis Rigensis, et vbi nos bene recepti fuimus et amicabiliter pertractati. Quare eis multas graciarum actiones merito reseretis. Exscriptum pacis et treugarum fratrum et Rigensium vobis in breui transmittam. Nuncii regis et ducis Norwegie Stralessundis venient in breui, vt duci Norwegie adducant filiam principis Ruianorum. Quicquid tunc ibidem actum fuerit, vobis postea demandabo. Demandare vobis alia non poteram in presenti, sed cum ad vos venero, vobis completius singula enarrabo.

Adresse: Dominis consulibus ciuitatis Tremoniensis.

Siegel nicht mehr vorhanden.

Original im Stadt-Archiv zu Dortmund.

Gedruckt im Svvländ. Urk.-Buch VI Nr. 3207; Hanfareceffe I Nr. 80 (zu 1299); Hanf. Urk.-Buch I S. 434 Nr. 1299 (Regeft). Hübel, Dortmunder Urkundenbuch, S. 179 Nr. 262.

Vorwin, Fürst zu Rostock, giebt dem Kloster Neuentamp die Mühle zu Marlow.

Borewinus, domicellus rbo Rosstock, giff dem Kloster die mole Marlow 1298.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klemphens Extract der breue 2c. (1<sup>a</sup> Folio 53) fol. 48.

Gedruckt im Meßl. Urf.-Buch IV S. 34 Nr. 2475.

1299 Januar 6. (ipso die Epyphanie domini) Trebetowe.

Herzog Bogislaw IV. gestattet den Einwohnern der Stadt Treptow a. N., dieselbe zu befestigen, giebt ihnen hierzu das Eigenthum ihres Gebiets, die Hälfte der Münze, des Zolls, Ungelbs und der Gerichtsgefälle und befreit sie von jeglicher Abgabe gegen Zahlung von 1500 Mark Slav. Pfenn. und 200 Mark reinen Silbers, welches Geld er zur Einlösung von Ravenstein verwandt hat. Ferner verkauft er ihnen Hofdienst und Bede und alle sonstigen Einkünfte aus dem Dorfe Wangerin für 200 Mark Pfennige.

Nos Bugzslaus, dei gracia dux Sclavorum, notum facimus presentibus et futuris, quod civitatem nostram Trebetowe adeo<sup>1)</sup> libertauimus et liberam reddimus, quod consules, ciues et incole ipsius ipsam libere possint et valeant nunc et in futurum fossatis, plancis, valuis, propugnaculis et muris firmare et munire, prout ipsis ad necessitatem et vtilitatem suam fuerit expediens et consultum. Quod ut facilius et commodius facere et procurare possint et valeant, appropriauimus ipsis et donauimus proprietatem et fundum omnium suorum terminorum, distinctionum sev metarum et mediam partem monete, theolonei et cuiuslibet alterius vngeldi et medietatem omnium, que de iudiciis et excessibus in ipsa ciuitate et extra eam infra terminos ipsius proueniunt vel quoquo modo obuenerint poterunt, retinendam perpetue, medietate residua nobis et ecclesie Bellebucensi fideliter reseruata. Facimus eciam et reddimus dicte ciuitatis consules et ciues liberos, solutos et quitos inperpetuum ab omnibus redditibus, censibus, talliis, exactionibus, seruiciis, angariis, perangariis aliisque oneribus, quibuscunque vocentur nominibus, nobis, heredibus nostris et successoribus nostris dandis, soluendis et faciendis, nisi forsan ab ipsis quicquam petere poterimus et precibus amicabilibus optinere. Pro quibus omnibus nobis mille et quingentas marcas denariorum Slaualium et ducentas marcas argenti puri ad soluendum debita nostra et ad liberandum terram Rauenstein integraliter tradiderunt et soluerunt. Preterea prefate ciuitatis consulibus et burgensibus iuste et racionabili contractu vendidimus et dimisimus proprietatem, seruicium dextrarii et equorum, omnes precarias dictas bede, in denariis, argento et annona, et omnes alios fructus et vtilitates, quas habuimus in villa Wangherin vel quas nos et nostri heredes et successores in ipsa villa et in omnibus finibus et terminis ipsius in futurum optinere et habere possemus, pro ducentis marcis denariorum monete currentis nobis in parato prestitis nobis et solutis, dummodo procurent prius et emant fructus, redditus et prouentus ipsius, quos vasalli nostri habent et possident in ipsa villa et quos a nobis ad huc in pheodum verum et legale dinoscuntur optinere. In cuius rei et contractus, ut perpetuum robur sorciantur cum effectu, sigillum nostrum presentibus duximus fideliter apponendum. Testes autem, qui premissis, dum fierent, interfuerunt, sunt isti: Henninghus dictus de Heydebrake, Neuelyngus, Nicolaus Draco, Lodewicus Keding,

Stephanus Keding, Henninghus Vrsus noster marscalcus, Henninghus Manduvel, Olricus de Osta, Troye dictus de Bandekowe, milites, Kriwiz et Hinricus Brendeke, ciues in Griphenberg, et alii quam plures fide digni. Datum Trebetowe, anno domini M.CC. nonagesimo nono, ipso die Epyphanie domini.

<sup>1)</sup> Im Original a deo.

Siegel nebst Schnur nicht mehr vorhanden.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original im deponirten Stadt-Archiv zu Treptow a. N. s. r. Nr. 4.

Erwähnt bei Kraß, Städte S. 513 nach Brüggemann, Beschreibung von Pommern II S. 334.

1878.

1299 Januar 7. (in crastino Epyphanie) Stetyn.

Droseko, Bertram und Johann, Gebrüder von Sparrenfelde, und Bernhard von Hagen, vertragen sich mit der Marienkirche zu Stettin wegen der neu zu erbauenden Kirche zu Jazeniz und deren Dotirung.

Uniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Droseko, Bertrammus et Johannes, fratres dicti de Sparrenwelde, milites, ac Bernardus dictus de Indagine salutem in omnium saluatore. Acta hominum, vt frequencius in obliuionem transeunt et per consequens in errorem, nisi testibus et instrumentis validis roborentur, hinc est, quod notum esse volumus, presentibus publice protestantes, quod nos cum honorabilibus viris, dominis canonicis ecclesie sancte Marie in Stetyn, mediante venerabili domino ac patri (!) Petro, episcopo Camynensi, pro ecclesia in villa nostra Jazeniz de nouo edificanda et ibidem diuinis habendis concordauimus in hunc modum, videlicet quod plebano in eadem ecclesia pro tempore constituto siue constituendo de agris nostris assignabimus quatuor mansos, tres mansos in villa Jazeniz et vnum mansum in villa Duchowe, ad suam culturam et ibidem sacerdos simul et ecclesia obligabuntur ecclesie matrici in Poliz infra octauam beati Martini singulis annis in vna marca denariorum monete vsualis perpetuis temporibus exsoluenda. Testes huius rei et facti sunt prior in Gobelenhagen, Heynricus prepositus in Warpe, Fredericus de Ecstede, Heynricus et Otto, fratres de Ramyn, Luctho, Stango, milites, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Stetyn, anno domini M.CC.XC.IX., in crastino Epyphanie. Vt autem prescripta ordinacio concordie firma et inuiolabilis perseueret, presentem litteram inde confectam nostris sigillis dedimus roboratam.

Nebensiehende Registratur: De ecclesia Jazeniz dabitur annuatim I marca denariorum ecclesie in Poliz.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiars der Marienkirche Nr. 23.

1879.

1299 Januar 9. (quinto idus Januarij) Laterani.

Papst Bonifaz VIII. bestätigt alle Rechte und Freiheiten des Klosters Butow.

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis <sup>1)</sup> filiis abbati et conuentui monasterij Bucouiensis, Cystertiensis ordinis, Camminensis dioeceseos, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo rationis exigit, vt id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter di-

lecti<sup>3)</sup> in domino filij vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, sive per priuilegia vel alias indulgentias vobis in monasterio vestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et alijs Christi fidelibus rationabiliter vobis et monasterio praedicto indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, vobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere vel ei<sup>3)</sup> ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare<sup>4)</sup> praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Laterani, quinto idus Januarij, pontificatus nostri anno quarto.

Ueberschrift: Dominus papa de confirmatione ecclesiae et bonorum.

<sup>1)</sup> dilectissimis B. M. <sup>2)</sup> dilectissimi B. M. <sup>3)</sup> etiam B. M. <sup>4)</sup> Der Abschreiber hatte ursprünglich attemptare, Hagemeister dieses in attentare verbessert. Doch geht aus der ersten Schreibart deutlich hervor, daß im Original die gewöhnliche Form attemptare gestanden haben muß.

Bibl. der Ges. für Rom. Gesch.: Bukower Matrikel fol. 1.

Gedruckt bei Perlach, Sommerell. Urk.-Buch S. 510 Nr. 568. Fehlt bei Pothast, Regesta Pont.

1880.

1299 Januar 9. (quinto idus Januarij) Laterani.

Papst Bonifaz VIII. bestätigt dem Kloster Bukow seine sämtlichen Besitzungen und nimmt dasselbe in seinen Schutz.

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei, dilectis<sup>1)</sup> filiis abbati et conuentui monasterii Bucouiensis, Cysterciensis ordinis, Camminensis dioecesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor aequitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filij, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum, in quo domino<sup>2)</sup> estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis, pr[aestant]e<sup>3)</sup> domino, potueritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem ciuitatem cum pertinentiis suis, [uidelicet]<sup>4)</sup> pascua, nemora, possessiones et alia bona, sicut ea omnia iuste<sup>5)</sup> et pacifice possedistis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere [uel]<sup>6)</sup> ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Laterani, quinto idus Januarij, pontificatus nostri anno quarto.

<sup>1)</sup> dilectissimis B. M. <sup>2)</sup> diuino Perlach. <sup>3)</sup> principe B. M. <sup>4)</sup> In der Matrikel steht daß in diesem Zusammenhange ganz ungewöhnliche ut. Wahrscheinlich hatte das Original die Abkürzung ul für uidelicet. <sup>5)</sup> iuste omnia iuste B. M. <sup>6)</sup> In der Matrikel aut. In der feststehenden päpstlichen Formel heißt es jedoch immer vel.

Bibl. der Ges. für Rom. Gesch.: Bukower Matrikel fol. 1v.

Gedruckt bei Perlach, Sommerell. Urk.-Buch S. 511 Nr. 569. Fehlt bei Pothast, Regesta Pont.



1881.

1299 Januar 13. (in octava Epyphanie domini).

Nicolaus, Fürst zu Werle, und seine Mutter Sophia gestatten dem Kloster Neuenkamp, die Mühle vor der Stadt Plau nach Belieben abzubauen und wieder aufzubauen, und verbieten zugleich die Anlegung einer Mühle daselbst durch einen Andern.

A.

Nicolaus, dei gracia dominus de Werle, omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos deuote petitioni venerabilis domini Arnoldi abbatis et fratrum de Nono Campo benignum prebentes assensum liberam ipsis donauimus facultatem, quod ipsi fratres molendinum extra muros ciuitatis Plawe positum, cuius uidelicet molendini hereditas ad ipsos pertinere dinoscitur, pro suo commodo et voluntate libere, quando voluerint, destruere poterunt, nulla contradictione penitus obuiante, inhihentes, ne quis nostrorum heredum uel <sup>1)</sup> successorum aut <sup>2)</sup> aliquis hominum in locum et aggerem ipsius molendini, vbi primitus situatum exstitit, aut alibi, si ipsum molendinum ex dictorum fratrum voluntate destrui contigerit, idem aut aliud molendinum reedificare presumat contra voluntatem fratrum predictorum; sed fratres sepedicti, si ipsis visum fuerit expediens, ad eorum vtilitatem idem reedificare poterunt molendinum. In cuius rei euidentis testimonium presens scriptum nostri sigilli robore duximus muniendum. Datum anno domini M.CCXC nono, in octava Epyphanie domini.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium domini Nycolai super transpositione molendini, quod est extra muros Plawis.

<sup>1)</sup> und <sup>2)</sup> vergl. B.

Siegel an rothseidener Schnur anhängend.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meßl. Urk.-Buch IV S. 91 Nr. 2539 A.

B.

Nicolaus dei gracia dominus de Werle, Sophia eadem gracia domina de Werle, dilecta mater eius, omnibus, ad quos und so weiter, gleichlautend mit A abgesehen von den in der Anmerkung gegebenen Besarten bis presens scriptum nostrorum appensione sigillorum duximus roborandum. Datum anno domini M.CCXC nono, in octava Epyphanie domini.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium domini Nycolai et matris eius super transposicione molendini extra muros Plawis.

<sup>1)</sup> vel. <sup>2)</sup> aut eciam.

Die beiden Siegel an Pergamentstreifen anhängend.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt in den Meßl. Jahrbüchern XVII S. 290 Nr. 24; Bsch, Cod. Plawens. S. 48; Meßl. Urk.-Buch IV S. 92 Nr. 2539 B.

1882.

1299 Januar 21. (in die sancte Agnetis uirginis).

Hildebrand, Probst zu Stettin, bestätigt als Bischof Peters, Bischof zu Camin, die Verwandlung der in der Domkirche zu Güstrow von dem Domprobst Godfried gestifteten Vikarie in eine kleinere Domherrenpräbende, für welche der Domherr Peregrin eine neue Vikarie zu stiften versprochen hat.

In nomine sancte ac<sup>1)</sup> indiuidue trinitatis amen. Hildebrandus dei gracia prepositus Stetinensis, Caminensis ecclesie scolasticus, uices gerens uenerabilis in Christo patris ac domini Petri, eiusdem Caminensis<sup>2)</sup> ecclesie episcopi, omnibus in perpetuum. — — — — —

His omnibus utpote canonicus ibidem interfuimus, et quia ea ad laudem dei et pro communi utilitate ecclesie ordinata et facta ex certa sciencia cognouimus, auctoritate nobis commissa, requisiti et rogati humiliter ab ipso capitulo<sup>3)</sup>, in nomine domini confirmauimus<sup>4)</sup>, prohibentes sub interminatione anathematis, ne quis futuris temporibus ausu temerario contra premissa omnia uel aliquod eorum uenire presumat aut ea quomodolibet impedire. Nos quoque Nycolaus, dominus de Werle dei gracia, decorem domus domini sincero corde diligentes et cultum diuinum pro nostro modulo semper augere cupientes predicta bono utique zelo fieri, quantum potuimus, procurauimus ac nostrum sigillum presentibus litteris apponi iussimus una cum sigillis confirmatoris et capituli supradicti. Acta sunt hec anno domini M.CC. nonagesimo<sup>5)</sup> nono, in die sancte Agnetis uirginis.

Ueberschrift: Confirmacio prebende in Rachowe.

<sup>1)</sup> et Nr. LXXVII. <sup>2)</sup> Caminensis ecclesie Nr. LXXVII. <sup>3)</sup> capitulo Nr. LXXVII. <sup>4)</sup> confirmamus Nr. LXXVII. <sup>5)</sup> nonagesimo Nr. LXXVII.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar des Dom-Collegiat-Stifts Güstrow, Urkunde Nr. XXX und Abschrift Nr. LXXVII.

Vollständig ist die Urkunde gedruckt im Meßl. Urf.-Buch IV S. 92 Nr. 2540.

1883.

1299 Februar 2. (III. nonas Februarii).

Herzog Bogislaw IV. befreit auf Betreiben des Ritters Gerhard von Schwerin die Einwohner der Stadt Lassan von Zoll und Ungeld an der Fähre und bestätigt ihnen die von seinem Vater Barnim I. erteilten Privilegien.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Bugzlaus, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, omnibus in perpetuum. Actio temporalis citius labitur cum tempore, nisi scripture memoria uel lingua testium perhennetur. Igitur noscat verenda natio presentium et felix successio futurorum, quod nos ad instantiam Gherardi, militis de Zwerin, nostri uasalli dilecti, libertamus opidum Lassan cum vniuersis opidanis eius ab omni vngeldo et thelonio, ita quod in l[oc]o<sup>1)</sup>, qui dicitur vihr, et in omnibus terminis nostri domini a solutione cuiuslibet vngeldi aut thelonii prorsus absoluantur, sicut nostre relique ciuitates. Preterea omnia priuilegia, que a predecessore nostro, bone memorie, verend[o]<sup>2)</sup> (l) patr[e] nostr[o] illustri princip[e] duc[e] Stetinensi Barnim habent, cum nostro consensu fauorabili confirmamus, hanc libertatem et ratificationem eisdem concedimus donacionis tytulo inperpetuum possidendam. Ne autem hanc donationem nostram quisquam ualeat infirmare, presentem damus cartam nostri sigilli muni-

mine roboratam. Testes<sup>3)</sup> huius donationis nostre sunt Vidanto et Henricus de Heydebrake, Wluoldus de Below, Hermannus Draco, Henricus de Reno, Bernardus de Lesten, Henricus Stedingus, Marquardus cum thorace, milites, Gherardus Gropo armiger et plures alii fide digni. Datum anno domini M.CC.XCIX., III. nonas Februarii, per manum Henrici nostre curie notarii.

<sup>1)</sup> lico im Orig.-Transsumt verſchrieben. <sup>2)</sup> verendi patris nostri illustris principis ducis Stetinensis im Orig.-Transsumt verſchrieben. <sup>3)</sup> Nach testes folgt sunt im Orig.-Transsumt.

*Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Orig.-Transsumt vom 9. April 1318 im deponirten Stadt-Archiv zu Laffan s. r. Nr. 1; Abſchrift in der Univ.-Bibl. zu Greifſwalb s. r. Msc. Pomer. Folio, Nr. 138.*

*Angeführt bei Schwarz, Diplom. Geſch. der Pomm. Küg. Städte S. 450; Gollmert, Geſch. des Geſchl. von Schwerin III S. 83 Nr. 39 (Regeſt).*

1884.

[1299 vor Februar 11.]

Erſch, König zu Dänemark, gewährt dem Erzbischof von Lund und deſſen Gefolge freies Geleit vom XIX kal. Junii bis zum 1. Oktober für eine Zuſammenkunft in Kopenhagen in Gegenwart des päbſtlichen Legaten Sfarmus.

Universis presentes literas inspecturis Ericus, dei gratia Danorum Sclavorumque rex, salutem in domino sempiternam — — — — —  
— — — — — Promiserunt insuper fide data eidem nuncio stipulanti nomine qui supra, reverendi patres et domini G. Othoniensis, B. Slesvicensis, C. Ripensis, Joannes Arhusiensis, Johannes Roschildensis, Henricus Revaliensis, N. Wibergensis et Josephus Burglanensis, dei gratia episcopi, et nobiles viri Waldemar dux Jutiae, W. senior princeps Ryanorum, G. comes Holsatiae ac domicellus Christophorus, frater noster, nec non XX milites se fideliter curaturos et operam daturus pro viribus et operam efficacem, quod eadem firmiter observentur, adjicientes in sua promissione de nostra spirituali requisitione et consensu, et si quicquam ex parte nostra fuerit actum incommodum, quod deus avertat, ipsi omnes a fidelitate et servitiis nobis debitis eo ipso sint penitus absoluti nec ad fidem vel devotionem aliquam nobis seruandam in posterum tenebuntur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum ac sigilla ipsorum ac dominorum praedictorum ac domicelli Christophori, fratris nostri, praesentibus literis duximus apponenda. Datum etc.

*Gedruckt bei Langebet, Scriptorum rer. Danic. T. VI S. 332 (Transsumt des Lübecker Notars Bartholomäus vom 11. Februar 1299); Fabricius III S. 73 Regeſt 460.*

1885.

1299 Februar 20. (proxima sexta feria ante Cathedram sancti Petri) Golnowe.

Herzog Bogislaw IV. bestätigt mit Zustimmung seiner Schwester Mechtilb der Marienkirche zu Stettin das Eigenthum des Dorfes Lufow, welches sie von den Gebrüthern von Bertifow erkaufte hatte.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Bug., dei gratia dux Slavorum et Casubie, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam omnipotentis larga benignitas nos

constituit in partem solitudinis monarchye et nostrorum progenitorum exemplis multiformibus inuitati, nostra interest construere ecclesias et plantare, plantatas dotare et amplificare donationibus prediorum et specialiter illam, quam carissimus pater noster Barnim, dux Slauorum, recordationis pie, fundauit, ecclesiam scilicet sancte Marie in Stetin, in qua corpus eius requiescit, et fratris nostri predilecti Barnim, ipsius filii, similiter ducis Slauorum, tenemur villarum proprietatibus et reddituum ceterorum inuestire taliter et ditare, ut ipsius ecclesie necnon personarum in ea deo famulantium status et rerum temporalium multiplicatio suscipiant debitum et quam plurimum incrementum. Ea propter notum esse uolumus nationibus presentibus et futuris, quod nos dedimus et titulo donationis appropriauimus preposito, decano totique capitulo ecclesie iam dicte sancte Marie in Stetin proprietatem ville Lukowe, cum limitibus suis, terminis et metis, pratis, pascuis, piscationibus, agris cultis et incultis, causarum criminalium, ciuilium et omni iure temporali, quod in ea nominari poterit uel acquiri, quam villam a domino Johanne milite et suis fratribus, dictis de Bertekow, idem prepositus, decanus et capitulum dicte ecclesie, iusto emptionis titulo compararunt, qui fratres de Bertekow, dictam villam singuli resignauerunt ad manus dictorum nostrorum canonicorum, conferimus inquam et donamus dictam villam, ab omni exactione vectigalium, seruitute rustica et vrbana, questis, talligis (!), precariis et omni inpetitione nostra nostrorumque successorum et officialium decernentes liberam et immunem, omne ius, quod in ipsa habuimus, in canonicos ipsius ecclesie et eorum successores propter deum et ad reuerentiam et honorem ipsius genitricis intemerate virginis Marie nostrarumque animarum salute et nostrorum progenitorum, ex consensu et uoluntate dilecte sororis nostre, domine Mechildis, illustris ducisse Stetinensis, liberaliter et uoluntarie transferentes, tali adiecta conditione illam dedimus supradictis canonicis villam, ut ipsi canonici nunc residentes et pro tempore in eadem ecclesia deo in personis propriis famulantes et chorum frequentantes omnes fructus integraliter et perpetuo percipiant dicte ville. Volumus etiam, ut illos mansos, quos vnusquisque canonicorum predicte ecclesie in eadem villa sibi suis comparauerit denariis, temporibus uite sue cum omni iure pacifice possideat et quiete. Preterea gratum et ratum tenemus, ut sepedicti canonici de mansis ipsorum denariorum, ut diximus, comparatis suum testamentum siue memorias uel uicarias, prout deus ipsis inspirauerit, in prehabita ecclesia liberaliter poterint ordinare. Testes huius donationis sunt Johannes prepositus ecclesie Caminensis et Lambertus decanus ibidem, Thetmarus abbas Colbacensis, Johannes, notarius curie dilecti fratris nostri Ottonis, Henricus de Reno, Rodolfus cum Torace, Johannes de Hindeborch, Otto Draco, Johannes dictus Mandufel, Euerardus Coldebech, Olricus de Ost, milites, et quam plures alii fide digni. Vt autem hec nostra donatio firma et immobilis euis et perpetuis temporibus perseueret, presens scriptum inde confectum dedimus prefatis canonicis sigilli nostri munimine roboratum. Datum Golnowe, anno domini M.CCLXXXIX, proxima sexta feria ante Cathedram sancti Petri.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Villa Lukow.

Das Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Archiv des Marienklosters zu Stettin: Original s. r. Tit. I Sect. I ad Nr. 10; Matrifel ebendas. Nr. 1 fol. 10. 13; Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Der Schluß von „Vt autem“ an in den Fragmenten eines Copiars der Marienkirche Nr. 21; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 933.

1886.

1299 März 23. (secunda feria post dominicam Oculi mei).

Wilhard, Pfarrer zu Schaprode, nimmt den gegen die Gründung eines Klosters auf der zu seiner Pfarochie gehörigen Insel Hiddensee erhobenen Widerspruch gegen eine lebenslängliche jährliche Rente von 2<sup>1</sup>/<sub>2</sub> Mark zurück.

## A. Erste Ausfertigung.

Uniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel auditoris Wilhardus, sacerdos et plebanus ecclesie in Scaproden, Roskildensis dyocesis, salutem in filio virginis gloriose. Notum facimus presentibus et futuris, quod cum dominus abbas et fratres monasterii Noui Campi, Cysterciensis ordinis, in insula, que vocatur Hyddensø, abbatiam sui ordinis cepissent construere, nobis irrequisitis, cum eadem insula ad nostram videretur spectare parrochyam, nos hoc in nostri preiudicium sentientes fieri predictos fratres in construendo abbatiam ibidem impediimus, ita vt etiam per iactum lapilli per magistrum Olawm<sup>1)</sup> et per magistrum Florentium, canonicos Roskildenses, eisdem fratribus in prememorata insula nuntiaretur noum<sup>2)</sup> opus. Tandem vt verum fateamur, nostra propria consciencia nos monente eo facilius cum predictis abbate et fratribus ad concordiam tendebamus, quo meminimus propter difficultatem transitus brachii maris, quod parrochye nostre et ipsi insule interiacet, quam maxima et quam plurima animarum pericula euenisse; nam constitit liquido, multos parvlos<sup>3)</sup> sine gratia baptismatis et multos etiam adultos sine sancta communionem et extrema vactione et confessione misere decessisse. Honorabilibus viris clericis et laicis<sup>4)</sup> mediantibus, videlicet domino Wobruto sacerdote, plebano in Zagarden, officiali domini episcopi Roskildensis, necnon et domino Thoma et filio suo domino Heynrico et domino Marcwardo, militibus dictis cum Plate, et domino Petro priore Noui Campi et domino Conrado Haken monacho, prouisore curie in Stralessund, omnis discordia de predictis<sup>5)</sup> taliter est sopita, vt dominus abbas et fratres monasterii sancti Nycolai in Hyddensø nobis singulis annis tantum ad vite nostre tempora duas marcas cum dimidia vsualis monete pro omni fructu et comodo, quod de predicta insula qualicumque modo habere poteramus, soluere teneantur. Et ipse dominus abbas et fratres populi curam in spiritualibus gerant, sicuti equissimo iudici deo in die nouissimo debeant reddere rationem. In cuius rei certitudinem<sup>6)</sup> sigillum nostrum<sup>7)</sup> presentibus est appensum. Testes sunt superius prenotati et alii plures fide digni. Acta sunt hec anno gracie M<sup>o</sup>CCLXXXIX, secunda feria post dominicam Oculi mei.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Concordia in plebanum Scaprode.

<sup>1)</sup> Die Notizen beziehen sich auf die nachfolgende zweite Ausfertigung.

Das Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Kl. Hiddensee Nr. 5<sup>a</sup>; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 946; Rgl. Geh. Archiv zu Kopenhagen: Orig.-Transsumt s. d. und Orig.-Transsumt vom 17. April 1318.

Gedruckt bei Fabricius III S. 112 Nr. 278; Höfer und v. Nebem, Zeitschrift für Archiologie I S. 325.

## B. Zweite Ausfertigung.

<sup>1)</sup> Olawum. <sup>2)</sup> nouum. <sup>3)</sup> paruulos. <sup>4)</sup> laicis. <sup>5)</sup> de predictis fehlt; discordia steht in einer größeren Lücke auf Rasur. <sup>6)</sup> euidenciam. <sup>7)</sup> Von hier an: nostrum et sigillum vniuersitatis clericorum Ruyae presentibus sunt appensa. Testes sunt vniuersitas clericorum in Ruya et superius prenotati atque alii u. f. w. wie in A.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium de diuisione Scaproden et Hyddenze.

Das erste Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen, das zweite Siegel fehlt nebst Pergamentstreifen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Kl. Hiddensee Nr. 5<sup>b</sup>.

1299 März 24. (in vigilia Annunciacionis beate Marie semper virginis gloriose) in Corlin.

Der Ritter Johann de Slethz bekundet, daß er die Grenzen zwischen dem Bufower Klosterdorf Ewenthin und seinem Dorfe Reptow genau festgesetzt hat.

[Vniuersis Christi fidelibus pre]sens<sup>1)</sup> scriptum uisuris salutem in eo, sine quo nichil. Ne ea, que contingunt in tempore, simul cum lapsu temporis euanescant, non improuide a prudentibus est ordinatum, ut facta<sup>1)</sup> nobilium, que digna fuerint memoria, [signentur]<sup>1)</sup> apicibus litterarum. Hinc est, quod ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum uolumus peruenire, [quod nos Johannes miles, agn]omine<sup>1)</sup> de Slethz, diuina inspirante gracia ad honorem dei et beate Marie uirginis gloriose nec non ad petitionem dilecti nostri domini Wichardi, abbatis de Buch[uaia . . . ],<sup>1)</sup> pro salute animarum parentum nostrorum, uidelicet precordia- lissimi patris Dethleui, dicti de Slethz, ac matris dicte Gislen nec non amantissimorum liberorum [eorundem, scilicet Pop]pen<sup>1)</sup> militis, Alberti, Mechthildis, Margarethe, Gerborch ibidem, iam pie memorie defunctorum, insuper propter sepulturam meam et Nicolai dicti de Waken- beke ac dilect[issime collateralis sue]<sup>1)</sup> Mechthildis suorumque dilectorum liberorum ibidem iam electam pro nostraque salute promerenda ac feliciter optinenda in uita pariter et in morte contulimus liberaliter ac reliquimus animo pacifico et affectu beniuolo et sincero terminos infra Jwenthin et Repechowe, pro quibus pater noster et fratres claustru prelibati pro tempore fuerant dissidentes, cum omnibus attinenciis suis et cum omni iure et utilitatibus ac uniuersis libertatibus, quas in terris, siluis, pascuis, aquis laborando arte qualibet fratres pre- missi cenobii aut eorum homines tempore post futuro poterunt adipisci, tali ordine secundum situm locorum subscriptorum: primo et principaliter incipientes a pristan brunne usque ad riuulum tendentes, qui Swrinchsen nuncupatur, deinde ad alium riuulum siue locum, cui nomen est Woldwastruga, abinde tendentes ad montem, qui dicitur Jazwineke, deinde ad alium montem, qui uocatur<sup>2)</sup> Stremogure siue Hauekesberg, abinde tendentes ad locum, qui uocatur Bolessowe, deinde ad riuum siue ad antiquum pontem in locum, qui dicitur Grabowastruga, abinde ad alium riuum, qui Polnithz<sup>3)</sup> nuncupatur. Vt autem hoc factum nostrum et benigna donacio et terminorum larga dimissio inconcussa permaneat nec de cetero ab aliquo ualeat immutari et ad euidenciam huius rei ampliolem honesti milites, uidelicet Vlricus dictus de Beuenhusen miles, Marquardus agnomine de Rastorp miles, huius donationis et terminorum dimissionis mediatores, sigilla ipsorum una cum sigillo meo presenti litere in testimonium appenderunt. Cuius rei testes sunt Vlricus de Beuenhusen, Marquardus de Rastorp, milites pretaxati, iuuenis Poppe, Arnoldus de Osth, Fredericus de Sundis, Gerhardus cognomine Monachus, ciuis in Colbergh, Horn ciuis in Corlin et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Corlin, anno graciae domini M.CC.XC.IX. in vigilia Annunciacionis beate Marie semper virginis gloriose.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Priuilegium de terminis Iwenthin.

<sup>1)</sup> Das Eingeklammerte aus der Matrifel ergänzt. <sup>2)</sup> dicitur, Perlbach. <sup>3)</sup> Polinthz, Perlbach.

Die drei Siegel von den Hanffäden abgefallen.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Stark beschädigtes Original s. r. M. Bufow Nr. 7; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. IV Nr. 947; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Bufower Matrifel fol. 182v.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urf.-Buch S. 511 Nr. 571.

1888.

1299 März 29. (dominica Quadragesime, qua cantatur Letare Jherusalem) Stralessundis.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, transsumirt die Urkunde Detlews von Gadebusch d. d. 1242 für die Stadt Loitz.

Wizlauus, dei gracia princeps Ruyanorum, omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Nouerint tam presentes quam posteri, quod nos litteras domini Thetleui militis, dicti de Godebuz, domini quondam terre Lositz, ciuitati Lositz indultas super suis libertatibus vniuersis, non rasas, non concellatas, non viciatas nec in aliqua sui parte lesas vidimus in hec verba:

Folgt die Urkunde Detlews von Gadebusch vom Jahre 1242 (Pomm. Urk.-Buch I S. 315 Nr. 397.)

Nos vero predecessorum nostrorum in terra Lositz vestigiis inherere volentes et facta per eos ratificantes tenorem totalem prescriptum presenti publico instrumento duximus perpetuo sine reuocatione qualibet confirmandum. In cuius rei testimonium euidentis et cautelam presens scriptum sigilli nostri robore communimus. Testes huius rei sunt domini abbates de Nouo Campo et de Hylda, domini milites consiliarij nostri fideles Hinricus et Bertoldus de Ost, marscalci nostri, Johannes Morderus, Johannes de Gristowe, Matheus Molteke, Conradus Dotenbergh<sup>1)</sup>, Nicholaus de Kaland, Lodewicus Kabolt, Nicholaus Putbuzke, Arnoldus de Vicen, Theodericus Mecekowe, Johannes de Wokenstede et quam plures alii nichilominus fidedigni. Datum Stralessundis, per manum Johannis sacerdotis, curie nostre notarii, anno domini M.CC.XC. nono, dominica Quadragesime, qua cantatur Letare Jherusalem.

<sup>1)</sup> Matheus Molteke, Conradus Dotenbergh fehlt bei Fabricius.

Sehr schönes Doppelsegel Wizlavs von grünem Wachs an rothseidenen Fäden anhängend. Auf dem Avers ein nach rechts sprengender Reiter mit Fahne und Schild und der Umschrift: Sigillum Wiizlav . . . norvm principis. Auf dem Revers der Greif im Schilde, rechts von diesem die Sonne; links der Mond, oben ein Stern; die Umschrift lautet: Clipevs Wii . lavi Rvyanorvm principis.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original im deponirten Archiv der Stadt Loitz Nr. 1; Codex Rugianus fol. 153 (deutsche Uebersetzung); Univ.-Bibl. zu Greifswald: Mscr. Pomer. Folio. Nr. 149.

Gedruckt bei Dähnert, Sammlung Pomm. Urk. II S. 377 Nr. 101; Hasselbach-Kofegarten: Cod. dipl. Pom. S. 654 Nr. 307; Fabricius III S. 113 Nr. 279; Pbl, Gesch. des Kl. Eldena S. 620 (Regest).

1889.

1299 April 8. (quarta feria ante festum Palmarum).

Der Ritter Iwan und Dietrich Man, Gebrüder von Below, und der Ritter Nikolaus und Wedekin, Gebrüder von Below, versichern bei der Gründung der Kapelle zu Below, daß das Patronat derselben dem Kloster Sonnenkamp zustehen solle, bestimmen die Einkünfte der Mutterkirche zu Tschentin von dieser Kapelle und versprechen eine Urkunde des Abts von Neuentamp darüber zu erwirken, daß dieses Kloster sich keine Rechte über die Kapelle anmaßen werde.

Uniuersis presentia visuris Ywanus miles et Thidericus Man, fratres dicti de Belowe, Nicolaus miles et Wedekinus fratres, similiter de Belowe — — — — —  
 — — — — —  
 Insuper promissimus, quod ante instans proximo festum Ascensionis domini procurabimus lit-

teras domini abbatis de Nouo Campo, quibus caueatur, quod hec iura suum monasterium non usurpet. — — — — —

Datum anno domini M.CC.XC.IX., quarta feria ante festum Palmarum.

Zwei Siegel an Pergamentstreifen anhängend.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt bei Stsch, Meßl. Urk. II Nr. 39; Fabricius III Regeste 463; Meßl. Urk.-Buch IV S. 101 Nr. 2551.

## 1890.

1299 Mai 1. (ipso die apostolorum Philippi et Jacobi) Damb.

Herzog Otto I. bestätigt, daß die zwei Hufen zu Woltersdorf, welche zur Kämmererei des Klosters Colbas gelegt worden, von der Hebe frei sein sollen, wofür die Kämmererei den fürstlichen Jägern jährlich ein Stück graues Tuch geben soll.

Nos Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, presentibus duximus publice protestandum, quod [ad]<sup>1)</sup> instanciam venerabilis viri quam plurimum nobis grati domini Dithmari, abbatis in Colbas, obque remedium animarum, nostre videlicet ac nostrorum progenitorum, confirmamus et ratificamus nec non et confirmando contulimus domino Meynardo nobis quam dilecto, dicti loci scilicet Colbas camerario, duos mansos in villa Woltersdorp ad officium camerarie perpetuis temporibus absque omni exactione siue precaria permansuros, sicut ab antiquis temporibus dicti loci camerarius dinoscitur mera libertate possedisse, tali condicione intermedia, quod prefati loci camerarius in signum siue memoriam huius nostre confirmacionis singulis annis vnum griseum pannum dare debet seruis nostre venacioni deputatis. Testes huius rei sunt Wilhelmus Trampo, Gerardus de Suerin, Theodericus Luchto et Johannes nostre curie prothonotarius cum pluribus aliis fide dignis. In cuius rei testimonium firmiorem (!), plenorem (!) presentes litteras dedimus nostri sigilli appensione roboratas. Datum Damb, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XC nono, ipso die apostolorum Philippi et Jacobi.

<sup>1)</sup> Fehlt in der Matrifel.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbager Matrifel fol. 20 Nr. 78; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. IV Nr. 932.

Gollmert, Gesch. des Geschl. v. Schwerin III S. 83 Nr. 38 (Regest).

## 1891.

1299 Mai 6. (in die beati Johannis ante portam Latinam) Dargun.

Der Ritter Johann von Walsleben bekundet, daß die zwischen ihm und dem Kloster Dargun lange streitig gewesene Grenze der Dörfer Drümmelitz und Warrenzin festgestellt sei.

A. Erste Ausfertigung.

Uniuersis Christi fidelibus presentem litteram visuris Johannes miles, dictus de Walsleue, salutem in domino. Notum esse volumus tenore presencium, quod cum domino Jo. abbate Dargunensi diu discordauimus super terminis inter villam Droneviz et villam Warencin, horum terminorum certitudinem et distinctionem penitus ignorantes. Vocauimus igitur tandem dominum Hermannum militem, dictum Mosteke, cuius quandoque villa Warencin fuerat et terminorum nota distinctio, qui suo affirmabat iuramento, quod predictae ville, s[ci]licet<sup>1)</sup> Droneviz et



Warencin, sic distinguerentur in terminis, vt sequitur: vt dura terra, que aratro arari posset, adiaceret ville Droneviz, sed pratium siue palus in ville Warencin terminis poneretur. Dominus vero Johannes abbas cum suis monachis tunc presentibus super verba predicti militis Mosteke suo iuramento hos obtinuit terminos, et fossam in terminis fieri permisimus ad posterorum nostrorum euidentiam plenioram. Huic vero concordie presentes aderant idem miles Hermannus Mosteke et quidam miles nomine Corws, Hinricus miles de Latendorp, frater Hinricus tunc prior, frater Reynerus cellerarius, frater Theodericus camerarius, Emeke et Hermannus Welig, burgenses de Dymin, et alii quam plures. Vt igitur hec distinctio terminorum firma iugiter permaneat, ipsam presentis littere testimonio sigillorum, nostri videlicet et Hermanni militis Mosteke, duximus roborandam. Datum Dargun, anno domini MCCCXCIX. in die beati Johannis ante portam Latinam.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De distinctione terminorum inter Droneviz et Warencin.

1) scilicet. Original.

Das erste Siegel am Pergamentstreifen anhängend, für das zweite Siegel Löcher eingeschnitten.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meßl. Urk.-Buch IV S. 106 Nr. 2557 A.

#### B. Zweite Ausfertigung.

Uniuersis Christi fidelibus presentem litteram visuris Johannes miles, dictus de Walsleue, in domino salutem. Notum esse volumus tenore presencium, quod cum domino Jo. abbate Dargunensi diu discordauimus super terminis inter villam Droneviz et villam Warencin. De quorum terminorum distinctione aliquantulum dubitantes vocauimus itaque tandem dominum Hermannum militem congnomento (!) Mosteke, cuius quandoque villa Warencin fuerat et nota terminorum eiusdem ville distinctio, qui suis verbis manifeste declarabat veridicis, iuramento suo volens affirmare, quod inter predictas villas hec esset vera terminorum distinctio, videlicet quod dura terra, que arari posset, adiaceret ville Droneviz, sed pratium siue palus in ville Warencin terminis poneretur. Dominus vero Johannes abbas cum monachis suis tunc presentibus, videlicet fratre Hinrico tunc priore, fratre Reynero tunc cellerario, et fratre Thiderico tunc camerario, iuxta verba predicti militis Mosteke ad iurandum se exhibuit et iuramento voluit predictos obtinere terminos, sed ob reuerenciam ipsorum et eciam militum ibidem presencium eis dimisimus iuramentum. Ne igitur inter ipsos fratres Dargunenses et nos super prehabitis terminis amplius aliqua oriatur dissensio, fossatum in terminis fieri fecimus ad posterorum nostrorum euidentiam plenioram. Huic vero concordie presentes aderant fratres iam expressi et milites dominus Hermannus Mosteke, dominus Corws, dominus Hinricus de Latendorp, burgenses eciam de Dymin scilicet Emekinus et Hermannus Welig et Hinricus de Pomerio et alii quam plures. Vt igitur hec terminorum distinctio firma iugiter permaneat, ipsam presentis littere testimonio et sigillorum, nostri videlicet et Hermanni militis Mosteke, duximus roborandam. Datum Dargun, anno domini MCCCXCIX, in die beati Johannis ante portam Latinam.

Das erste Siegel anhängend, für das zweite gar kein Einschnitt.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meßl. Urk.-Buch IV S. 107 Nr. 2557 B.

## 1299 Mai 17. (XVI. kalendas Junii) Stralessundis.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor transfumiren die Urkunde Wartislaws III., Werners von Loiz und Barnims I. d. d. 1248 im November für das Kloster Eldena und bestätigen demselben die drei genannten Dörfer Griebenow, Pansow, Subzow, sowie alle andern im Fürstenthum Rügen gelegenen Güter.

Wizlaus, dei gracia princeps Rugianorum, necnon Wizlaus et Zambur, eadem gracia filii eius, iuniores principes eorundem, omnibus presens instrumentum cernentibus salutem in domino sempiternam. Discat reuerenda natio presentium et noscat felix successio futurorum, quod nos predecessorum nostrorum in terra Losiz, pie recordationis, videlicet dominorum Wartizlai, ducis Slauorum illustris, postmodum Weneri filii Detleui terre predictae Losiz, et ultimo Barnim, ducis Slauorum predictorum incliti, litteras monasterio Hyldensi super tribus villis scilicet Gribenowe, Pansowe, Subbezowe et aliis uillis infra scriptis indultas, non cancellatas, non nicias, non rasas nec in aliqua parte sui lesas uidimus sub hac forma:

Folgt Urkunde Wartislaws III., Werners von Loiz und Barnims I. d. d. 1248 November. (Pomm. Urk.-Buch I S. 369 Nr. 477).

Nos autem, piis predecessorum nostrorum predictorum in terra Losiz uestigiis salubriter inherere volentes, ob diuine remunerationis intuitum, facta eorum rata, firma, stabilia et inconuulsa perhenniter habere volentes omnia ab eisdem laudabiliter facta, que predicta sunt, vna cum uillis in nostro principatu situatis, prout nunc terminis suis omnibus, siluis, campis, pratis, pascuis, molendinis, aquis, paludibus et miricis, cum omni iure, tam maiori quam minori, necnon utilitate qualibet, sicut nos habuimus, sunt contente, ville huiusmodi videlicet Nigenkerken, Wackerowe, Statingehof, Steffenshagen, Petershagen, Lesniz, Hennikenhagen, Wampen, Denschewic, Wendeschewic, Rosendal, Ladebv, Cvz et Redevisze, in Rugia sita, cum omnibus suis pertinentiis presenti publico instrumento super hoc plenius confecto duximus perpetuo confirmanda. In cuius rei memoriam sempiternam presentes litteras super premissis lucidius editas memorato monasterio Hyldensi, sigillorum nostrorum robore communitas, perpetuis temporibus duraturas dedimus ad cautelam. Testes vero huius rei sunt Hinricus de Ost, Bertoldus frater suus, marscalci nostri fideles, Matheus Molteke, Nicolaus de Kalant, Conradus Dotenberch, Nicolaus et Thez de Putbuzc dicti, Johannes Wokenstede, Johannes Ost de Damniz, [Hermannus]<sup>1)</sup> Mezcowe, Arnoldus de Vicen, Fredericus de Talcun, domini milites, consilarii nostri fideles, et quam plures alii nichilominus fide digni. Da[tum Stralessun]dis<sup>1)</sup> per manus Johannis sacerdotis, plebani ecclesie in Losiz, curie nostre notarii, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonages[imo nono, XVI kalendas]<sup>1)</sup> Junii.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Confirmacio . . . . . Zubbezowe et super tot . . . . .

<sup>1)</sup> Im Original abgerissen und aus der unten citirten beglaubigten Abschrift ergänzt.

Die Siegel mit den Schnüren abgerissen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Das beschädigte Original s. r. Kl. Eldena Nr. 45; Beglaubigte Abschrift von 1516 im Wolg. Arch. Tit. 70 Nr. 8 fol. 48. 284. 288 (1299); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 795 (1290).

Gedruckt bei Haffelbach-Rosengarten, Cod. Pom. dipl. S. 822 Nr. 399 (1290); Fabricius III S. 74 Nr. 206 (1290); Böh, Urk. des Geschl. Behr I S. 34 Nr. 19 (1290); Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 611 (1290).

1893.

1299 Mai 19. (feria tertia post dominicam Cantate) Sundis.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, verpfändet den Brüdern Gottschalk, Siegfried, Wulbold und Gothan von Blixen 62 Mark Bede aus den Eldenaer Klosterdörfern Neuentkirchen, Wampen, Hennekenhagen und Petershagen für 617 Mark Pfennige.

Nos W. dei gracia princeps Ruyanorum presentibus publice protestamur, quod fidelibus nostris, videlicet Gotscalco, Syfrido, Wluoldo et Ghotano, fratribus de Blixen, in precaria exactione singulis annis nos contingente in bonis abbacie Hyldensis, scilicet Nyghenkerke, Wampen, Hennekenhagen et Petershagen LXII marcarum redditus libere pacifice et quiete percipiendos contulimus et dimisimus sine impedimento quorumlibet possidendos, quousque sexcentas et XVII marcas denariorum Slaucalium persoluemus fratribus memoratis, in quibus ipsis dinoscimur obligari. Denariis vero predictis fratribus integraliter persolutis precaria exactio prescripta ad nos et nostros heredes liber[a]<sup>1)</sup> omnimode reuertetur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes huius rei sunt consiliarii nostri vniuersi Hinricus et Bertoldus de Ost et Hinricus de Dechow et quam plures alii fide digni. Datum Sundis, anno domini M.CC.XC. nono, feria tertia post dominicam Cantate.

<sup>1)</sup> liberos. Cod. Rug.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 83; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 942.

Gedruckt bei Fabricius III S. 113 Nr. 280; Hyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 620 (Regest).

1894.

1299 Mai 21. (XII kalendas Junij) in Gdanzk.

Wladislaus, Herr des Reiches Polen u., Herzog zu Pommerellen, bestätigt die Besitzungen und Rechte des Klosters Bukow.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Wladislaus, dei [g]ratia<sup>1)</sup> dominus regni Polonie, dux Pomeranie, dux Lancitie, Cuyauie et Syradie, omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Cum ea, que nostris rationabiliter sunt gesta temporibus, litteris ac testibus discretione preuia cautius roboramus, quibuslibet periculis inopinatis et versu[tii]s<sup>1)</sup> hominum malignorum consultius obuiamus. Hinc est, quod ob honorem d[e]i<sup>1)</sup> et gloriose virginis Marie, quorum beneficio sumus in hoc mundo diuitiis et gloria sublimati, ipsorum deuotis famulis videlicet conuentus et fratrum Bucowe paci et quieti providere volentes totam abbatiam eorumdem cum stagno toto dicto Bucowe et hereditates, quas dominus Swant[o]polcus<sup>1)</sup>, beate memorie, quondam dux Pomeranie, ipsis contulit et dominus Mistwinus dux Pomeranorum et dominus Primuscil rex Polonie confirmaru[n]t<sup>1)</sup>, quas priuilegiis et scriptis autenticis demonstrare preualent, cum omni iure terminisque et attinentiis, quibus eas tenuerunt ha[ct]enus<sup>1)</sup> ab ipsis, nos quoque confirmamus eisdem per presentem paginam sigilli nostri appensione sollicitius communitam. Huius itaque r[e]i<sup>1)</sup> testes sunt Mathzej iudex Cuyauie, Swence palatinus in Gdanzk, dominus Petrus cancellarius Pomeranie, Buguz iudex terre, Laurentius castellanus in Stolp, Mathzeus castellanus in Slauene, Mitzigo subcamerarius

in Stolp et quam plures alii fide digni. Acta sunt hec<sup>1)</sup> anno domini MCCCXCIX, indictione XII, data in Gdanzk sunt hec XII kalendas Junij.

<sup>1)</sup> Loch im Original. <sup>2)</sup> hec übergeschrieben.

Schnur nebst Siegel fehlt.

Rgl. und Universitäts-Bibliothek zu Königsberg: Original abgelöst von Mscr. 47.

Gedruckt in den Baltischen Studien Bd. XVIII. 1. S. 17; Steffenhagen, Catalogus codicum Region. I S. 42 Note 40; Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 516 Nr. 575.

1895.

1299 Mai 25. (octauo kalendas Junii).

Herzog Otto I. bezeugt, daß seine Mutter Mechtild der Marienkirche zu Stettin vier Hufen zu Sufow zu ihrem Jahresgedächtniß geschenkt hat.

In nomine domini amen. Nos Otto, dei gratia dux Slauorum et Cassubie, omnibus notum esse volumus et presentibus publice protestamur, quod de nostra liberali beniuolencia ac conuivencia speciali mater nostra karissima M. ducissa Slauorum dilectis nobis honorabilibus viris canonicis ecclesie sancte Marie in Stetin, in qua pater noster karissimus et frater Barnim bone recordacionis corporaliter in domino requiescunt, in qua similiter et nos elegimus sepeliri, quatuor mansos in villa Lukow, quos empcione suis pro denariis comparauit, cum omni fructu et vtilitate donauit, censu videlicet precaria, decima minuta omnique iure superiori et inferiori simpliciter propter deum et pure<sup>1)</sup> in honorem virginis gloriose atque in suorum remedium peccatorum, et vt suum anniuersarium, vbicumque ipsam requiescere contingerit, sollempniter et deuote peragant bis in anno, seruantes similiter ceteras omnes condiciones conscriptas in priuilegiis datis ex vtraque parte super eadem donacione mansorum predictorum, hoc est tam nostre matris predilecte quam canonicorum ecclesie memorate. Et in huius rei ac donacionis certam confirmacionem et eternam stabilitatem presentem paginam super ea conscriptam dedimus nostro sigillo valide roboratam. Acta sunt hec anno domini MCC nonagesimo nono, VIII kalendas Junii.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De IIII mansis in villa Lukow a domina nostra Mechtilde in testamentum suum datis.

<sup>1)</sup> pure im Original.

Das Siegel von den grün-, weiß- und rothseidenen Fäden abgefallen.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Original s. r. Tit. I Sect. I ad Nr. 10; Matrifel ebendaf. Nr. 1 fol. 9; Diplomatar ebendaf. Nr. 107 fol. 25.

1896.

1299 Juni 17. (XV kalendas Julii) Anagnie.

Papst Bonifaz VIII. bestätigt die Indulgenzen und Privilegien der Marienkirche zu Stettin.

Bonifacius episcopus, seruus seruorum dei dilectis filiis decano et capitulo ecclesie in Stetyn, Caminensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petencium desideriis dignum est, facilem prebere consensum et uota, que a rationis tramite non discedant<sup>1)</sup>, effectum

prosequente complere. Ea propter dilecti in domino filii, uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, siue per priuilegia uel alias indulgencias uobis et ecclesie vestre concessas necnon libertates et exempcionem secularium exaccionum a regibus, principibus ac aliis Christi fidelibus racionabiliter uobis et ecclesie predictae indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, uobis et per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Anagnie, XV kalendas Iulii, pontificatus nostri anno quinto.

Nebensiehende Registratur: Confirmacio Bonifacii pape.

1) discendant im Copiar.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiars der Marienkirche zu Stettin Nr. 25.

Fehlt bei Potthast, Regesta Pontif.

1897.

1299 Juni 17. (feria quarta post Viti et Modesti) Camin.

Das Domkapitel zu Camin verspricht dem Kloster Dargun, die Urkunde des Bischofs Petrus von Camin über die Verleihung des Zehnten von 8 $\frac{1}{2}$  Hufen zu Levin zu besiegeln.

Johannes dei gratia prepositus, L. decanus totumque capitulum ecclesie Caminensis religiosus uiris sibi in Christo dilectis abbati et conuentui in Dargyn sinceram in domino caritatem. Quia expediti sumus, quod venerabilis in Christo pater dominus Petrus episcopus noster ex quibusdam causis proprietatem decime VIII mansorum cum dimidio in villa Levin ecclesie vestre dederit, in hoc sibi et uobis libenti animo consentimus, et cum domini nostri episcopi litteras habueritis, super eo ad hoc sigillum nostri capituli apponemus; non enim esse decens, quod antequam suas litteras haberetis, uobis consensum nostrum daremus sigilli nostri munimine roboratum. In cuius testimonium cum appensione sigilli nostri uobis dirigimus presens scriptum. Datum Camin, anno domini MCCXCIX, feria quarta post Viti et Modesti.

Alte Registratur auf der Rückseite: De proprietate decime IX mansorum in Levin.

Das Siegel von der aus dem Pergament geschnittenen Preßel abgefallen.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt bei Bish, Meßl. Urkunden I S. 211 Nr. 100; Meßl. Urf.-Buch IV S. 110 Nr. 2561.

1898.

1299 Juni 24. (in die beati Iohannis baptiste) in Gnezdna.

Wladislaus, Herzog des Reiches Polen und zu Pommerellen etc., verleiht dem Nikolaus Zantowicz, Palatin zu Kalisch, die Gerichte in der Castellanei Reez, die Castellanei Zietzen und das Palatinat im Sabiersgebiet.

Acta sunt hec in ciuitate Gnezdnaensi, presentibus hijs testibus: comite Alexio de Lekinsteyn, castellano Rudensi, domino Andrea Kopidlowicz archidiacono Stolpensi et alijs quam pluribus

viris ydoneis ac fidedignis. Datum ibidem in Gnezdna, in die beati Johannis baptiste, per manus Pauli, clerici curie nostre, sub anno geniture domini M.CC.XCIX.

Abſchrift in Dlugofch's Manuscript des Processes von 1422 zu Kurnik.

Gedruckt in Lites et res gestae etc. II S. 60; Cod. dipl. Maj. Polon. II S. 174 Nr. 812; Perſbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 517 Nr. 578.

1899.

1299 Juni 26. (in die beatorum Johannis et Pauli) Dargun.

Der Ritter Ekehard von Sukow vergleicht ſich mit dem Kloſter Dargun über die Grenzen der Dörfer Baſt und Todenhagen.

Ego Ekehardus miles, dictus de Sukow, tenore presencium protestor, quod controuersia, que vertebatur inter me et heredes meos ex vna et dominum abbatem ac fratres monasterii Dargunensis parte ex altera super distinctione terminorum Bast et Todenhagen coram quam pluribus honorabilibus viris subscriptis integraliter et in hunc modum est sopita, quod videlicet ea distinctione terminorum, que notata est in priuilegio, quod abbas et fratres prefati monasterii ab ecclesia Caminensi receperunt super bonis Bast, vtrique debemus esse contenti. Si que vero arbores signate pro terminis fuerint desecate, loca earum frater Nicolaus de Wittenborch, Hinricus de Robele, Johannes de Corueya, monachi sacerdotes, jureiurando, si aliter fieri non potest, suos legitimos esse terminos obtinebunt. Preterea protestamur, quod nos tenemur et debemus colonis illis in Todenhagen, qui dictorum terminorum agros iam exstirpare, nouellare et excolere inceperunt, labores et expensas, quas circa dictos agros fecerunt, nostris expensis refundere, ita quod nec ipsis nec ipsorum heredibus opus sit pro hoc negocio predictos abbatem et fratres Dargunenses conuenire, inpetere vel in aliquo in posterum molestare, quin potius pro congruo et competenti restauero ipsis facto dictis abbati et fratribus ad gratiarum teneantur acciones. Insuper nos, ego videlicet et heredes mei Tidericus, Ekehardus et Otto, filii mei, cum dictorum agrorum nouellatoribus coram consulibus et canonicis Colbergensibus hec eadem protestabimur (nos et dicti nouellatores)<sup>1)</sup>, renunciantes omni accioni seu inpeticioni, quam contra dictos abbatem et fratres monasterii Dargunensis iam in presenti habuimus aut in posterum pro hac causa uel negocio modo quolibet et habere poteramus et post hec sine prefatis nouellatoribus coram capitulo Caminensis ecclesie hoc ipsum faciemus. Quibus perfectis sepe nominati abbas et fratres quadraginta marcas denariorum monete currentis in Colberg nobis dabunt. Vt autem hec omnia prelibata per me et meos heredes tam natos quam adhuc nascituros inuiolabiliter obseruentur, vna mecum data fide promiserunt (Ekehardus de Dragen)<sup>1)</sup>, Radolfus de Sukow, Marquardus de Dragen, Radolfus Albus, Petrus de Zswetcin, milites, Tidericus de Sukow<sup>2)</sup>, Aluericus de Dragen, Radolfus de Slawikesdorp, Johannes de Dragen, famuli. Si vero aliquid ex hiis, que placitata sunt et iam prelibata, per nos aut aliquem nostrum non fuerit obseruatum, suprascripti milites et famuli ciuitatem Kalant intrabunt, inde non exituri, donec iuxta placita et promissa dictis abbati et fratribus Dargunensibus fuerit plenarie satisfactum. In cuius rei euidentiam cerciorem petiuimus honorabiles uiros dominos Hildebrandum et Johannem, prepositos ecclesiarum Stetin et Colberg, et prefatos milites, qui omnes huic accioni intererant, quatinus huic littere sua appendere sigilla dignarentur. Nos itaque Hildebrandus et Johannes, prepositi dictarum ecclesiarum Stetin et Colberg, Radolfus, Marquardus, Radolfus et Petrus, milites supradicti, rogati ad indicium ueritatis presenti littere nostra sigilla dignum duximus apponenda. Actum et

datum Dargun, anno gracie MCCCXCIX, in die beatorum Johannis et Pauli. Horum vero militum et famulorum promissum nomine abbatis et fratrum Dargunensium suscepit Gerardus miles, dictus de Oldendorp, qui etiam suum huic littere apponet sigillum.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Ex parte Echaridi militis dicti Sucowen super distinctionibus terminorum ville Bast.

<sup>1)</sup> Im Original durchstrichen. <sup>2)</sup> Sucokow. Original.

Fünf Siegeleinschnitte. Im ersten fehlt der Pergamentstreifen. Im zweiten ein Pergamentstreifen mit parabolischem Siegel mit der Umschrift: S. Hil . . . . . Im dritten ein doppelt durchgezogener Pergamentstreifen, an dessen einem Ende ein parabolisches Siegel. Umschrift: S. Joh'is dei gra ppositi C . . . . . Am anderen Ende ein schilbförmiges Siegel von grünem Wachs, mit einem schräg-rechts gestellten schuppigen Fisch. Umschrift: . . . . t Rv . . . . . Im vierten ein Pergamentstreifen mit schilbförmigem Siegel in grünem Wachs, in welchem zwei Wolfsköpfe mit aufgesperrtem Maßen noch zu erkennen sind. Umschrift: S. Mar . v . . . . . en. Im fünften ein Pergamentstreifen mit schilbförmigem Siegel in grünem Wachs, im oberen Drittel drei Wolfsköpfe mit aufgesperrtem Maßen neben einander. Umschrift: S . . . . lit . Nie . . . . vz in . . . . . Vergl. die Notiz im Meßl. Urf.-Buch a. a. O. und Klempin und Kraß, Matrikeln der Pomn. Ritterschaft S. 139.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. M. Dargun Nr. 4; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. IV Nr. 951; Bibl. der Ges. für Pomn. Gesch.: Baster Matrikel Nr. 8.

Gedruckt im Meßl. Urf.-Buch IV S. 111 Nr. 2563.

## 1900.

1299 Juli 20. (tercio decimo kalendas Augusti).

Ditmar, Abt zu Colbas, setzt die Grenzen der Feldmark der Stadt Alt-Damm fest.

In nomine domini amen. Nos frater Didmarus, abbas in Colbas, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, salutem inperpetuum, Ne ea, que in factis mortalium digne memoranda sibi memoria vendicat, aliquando obliuionis obfuscentur caligin[e]<sup>1)</sup>, necesse est, ut in competenti viuorum testimonio et scripti autentici fulcimine muniantur. Eapropter ad noticiam vniuersorum tam presencium quam futurorum deuenire cupimus, nos ob singularem amoris prerogatiuam, quo dilectos ac fideles nostros consules videlicet ac ciues ciuitatis Dambe amplectimur, terminos ciuitatis eiusdem actenus indiscretos cum ampliacione etiam ac funiculi distensione ultra id, quod presens possederant distincisse (!). Protenduntur itaque termini per circuitum ipsius ciuitatis in hunc modum: Inprimis a loco, qui dicitur Swinekaue per directum usque ad arborem pini lapidibus et terra signatam, que est in fine Tribus respicientem desertum, ut planent totum pratum predicto termino inclusum uel citra terminum versus locum, qui dicitur Knodenalanka, in vsus nostre ecclesie, si nobis necesse fuerit, et predictae ciuitatis ciuium cedat, hoc excepto, ut vnusquisque incolarum dicte ciuitatis ac etiam molendinarius, qui nomine ecclesie Colbacensi[s]<sup>2)</sup> ibidem pro tempore fuerit, in gramminibus iam occupatis gaudeat sorte sua. Ab arbore vero pini antedicta usque ad initium pontis, qui dicitur Pekbrughe, ita ut ipsa (!) pons totus ad ipsam pertineat ciuitatem. Hinc ab initio ipsius pontis usque ad quendam cumulum, qui dicitur Synderhop in fine prati in angulo circa paludem Velchow [s]itum<sup>3)</sup>, ita plane ut ipsa palus inter pontem antedictum et cumulum Synderhop terminus ipsius ciuitatis includatur. A cumulo autem Synderhop directe per paludem usque ad tiliam signatam circa cumulum Synderhop sitam ex altera parte circa paludem, et a tilia

signata usque ad initium loci, qui dicitur Henkenshol, hoc adiecto ut quicquid inter tiliam dictam et Henkenshol per circuitum circa paludem nunc est arabile, ad usus dicte cedat ciuitatis. A dicto uero loco Henkenshol protenduntur termini usque ad Plonam, et a Plona usque ad truncum quercinum signatum in fine prati, et abhinc usque ad quercum signatam, que est sita in loco dicto Tuckemantel, et a quercu signata per directum usque ad truncum signatum circa viam, que ducit a Bocholt in Hoykendorp, et ab illo trunco per directum usque ad cumulum congestum circa arborem heyboke circa riuulum sitam et per descensum<sup>4)</sup> riuuli usque in stangnum Colpyn, et per medium stagni Colpyn usque ad truncum quercinum signatu min fine stangni, ita ut ipsius stagni medietas nostre cedat ecclesie, altera uero medietas ad ipsam pertineat ciuitatem, item a trunco signato per directum ad truncum signatum, qui est inter Dambe et Hoykendorp, et a dicto trunco per directum usque ad molendinum Cedelyn usque ad fossatum et a fossato usque ad fagum in prato signatam, que est inter Dambe et Cedelyn, in quo loco modo pro fago est salix posita, et ab ill[a]<sup>5)</sup> fago siue salice per directum usque in stagnum Dambe, ita sane ut quicquid clauditur terminis, sepe dicte ciuitatis quies sit possessio, iure nostro et libertate in molendinis, pratis, ortis et aliis attinenciis semper saluo; item licenciamus antedicte ciuitatis ciuibus in nostra merica absque nostrorum nunciorum contradiccione usum lignorum iacencium et pinum fodiendo, ita tamen ut de lignis iam dictis nichil vendant aut aliquid deducant ad uendendum. De lignis uero virentibus et cremabilibus et pascuis pro ipsorum ciuium pecoribus alendis eisdem ciuibus ex gracia fruendi concedimus facultatem, quamdiu nostre fuerit voluntatis. Preterea ne predictae ciuitatis Dambe ciues super descriptis et ampliatis sibi terminis arguantur ingrati, nobis et ecclesie nostre Colbacensi gratuite reconpensationis beneficio vicem rependerunt aliqualem, donantes libere uidelicet, ut non obstante aliquorum contradiccione nobis liceat, dum volumus, aggerem molendini, quod dicitur Santmôle, pro congregandis aquis congregare et ampliare, prolongare, in altum extendere et si casu aut necessitate alicui ciuium ciuitatis antedicte in parte agri per aquarum aggerem inuendancium quicquam deperierit, contra nos et ecclesiam nostram super hac re questionem mouere non poterit aut valebit, hoc adiecto, ut totus fundus siue vallis, qui est super aggerem molendini antedicti inter riuulum ipsius molendini usque ad Plonam, sit nostre ecclesie, eciam aquis exsiccatis, perpetuo pacifica possessio et quies. Si uero processu temporis plura molendina inter ciuitatem Dambe et Henkenshol edificare voluerimus, libera in nobis erit facultas ea edificare et pro necessitate eorundem aquam exaggeracionibus congregare, agros, si necesse fuerit, aquis inuendare, contradiccione qualibet non obstante. Insuper et ad aggeres parandos, reparandos, ampliandos, prolongandos uel exaltandos terram et cespites sine omni impedimento fodere liberam habebimus potestatem. Vt autem hec omnia prescripta a<sup>6)</sup> posteris illibata permaneant, duo instrumenta publica super hoc scribi fecimus tam nostro quam ciuitatis ciuium Dambe signata sigillis, vnum instrumentum siue priuilegium apud ecclesiam nostram, alterum apud ciues ciuitatis Dambe perpetuo conseruanda. Testes huius facti sunt etc. Datum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo (!) nono, tercio decimo kalendas Augusti.

Ueberschrift: Sequitur de libertatibus et distinctionibus terminorum, quas proconsules et consules ciuitatis Dam a monasterio eis concessis (!).

<sup>1)</sup> caligini. C. M. <sup>2)</sup> Colbacensi. C. M. <sup>3)</sup> citum. C. M. <sup>4)</sup> desensum. C. M. <sup>5)</sup> illo. C. M. <sup>6)</sup> ac. C. M.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbager Matrifel fol. 4 v Nr. 12; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 948.



## 1901.

1299 Juli 21. (in die Praxedis virginis).

Herzog Bogislaw IV. überträgt dem Kloster Buzow das Eigenthum von neun Hufen und das Patronats-Recht mit vier Hufen im Dorfe Bulgrin.

In nomine domini amen. Bugislaus, dei gratia dux Slauorum et Cassubiae, vniuersis, ad quorum aspectum praesens scriptum peruenerit, salutarem affectum in domino sempiternum <sup>1)</sup>. Quoniam super diuersis negotiorum effectibus generari solet calumpnia, expedit, ut acta praesentium, quorum robur est, perpetuae scripturae auctenticatione, veritate testium, sigillorum appensione ita muniantur, ne vilius occasione perturbationis imposterum valeant immutari. Ea propter notum esse volumus, quod misericordia moti et maturo discretorum consilio informati ecclesiae Bucouiensis, ordinis Cisterciensis et dioecesis Camminensis, in honorem beatissimae dei genitricis Mariae constructae contulimus in villa Bulgarin proprietatem et vniuersam libertatem nouem mansorum cum omnibus vtilitatibus eorum, ita quod iam dicti nouem mansi seu eorundem possessores iure aduocatio aut aliquo seculari iure nihil teneantur, sed ad vsus ante dictae ecclesiae temporibus sempiternis liberaliter subiungantur, item ius patronatus ecclesiae in eadem villa cum quatuor mansis. Ne autem aliquis temerator huiusmodi collationem infringat, nostro sigillo dignum duximus roborari. Testes huius sunt dominus Lambertus Camminensis decanus, dominus Hildebrandus scholasticus Camminensis, dominus Johannes prepositus Colbergensis, Jacop (!) comes de Gutsekowe, dominus Andreas filius Barthus, dominus Tesmarus de Bonin, dominus Petrus de Kameke, dominus Johannes dictus Manduuel, dominus Vlricus de Beuenhusen, milites, et alij quam plures fidedigni. Datum anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in die Praxedis virginis.

Ueberschrift: Item dux Bogislaus de vniuersis donationibus suis.

<sup>1)</sup> sempiterno. B. M.

Bibl. der Gef. für Pom. Gesch.: Buzower Matrikel fol. 108 v; Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 941.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 518 Nr. 579.

## 1902.

1299 August 2. (quarto nonas Augusti) Belgard.

Herzog Bogislaw IV. verleiht der Stadt Belgard das Lübische Recht, befreit sie vom Verkaufs-zoll, beschreibt die Grenzen der Stadtfeldmark und schenkt ihr den Wald Buchenworth.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Bugislaus, gracia dei dux Slauorum et Cassubie, omnibus in perpetuum. Actio temporalis citius cum tempore labitur, nisi scripture memoria vel lingua testium perhennetur, quia omnium habere memoriam magis diuinitatis est, quam humanitatis. Noscat igitur veneranda natio presentium et felix successio futurorum, quod nos de maturo consilio et heredum nostrorum vnanimi cum consensu damus ciuitati nostre Belgarde jus Lubecense libere perfruendum; libertamus eciam eandem ciuitatem agris cultis et colendis, pratis, pascuis, paludibus, aquis et aquarum vsibus, sylvis, nemoribus et arbustis, sicut ipsa ciuitas infra terminos sita, more et consuetudine aliarum ciuitatum jus habentium

Lubecense, et he mete in sequentibus diligentius exprimuntur. Preterea dicte ciuitatis incolas prorsus a datione thelonii Persanthe fluvii immunes fatemur absolvendo. Hanc vero libertatem dicte ciuitati donacionis titulo concedimus libere in perpetuum possidendam. Mete autem siue termini sepedicti ciuitatis sunt: videlicet ab ipsa ciuitate versus austrum in Persantam, item a Persanta versus occidentem vsque ad terminos ville Rostin, amplius de Rostin versus aquilonem usque ad vadum Kotanz, item de vado Kotanz vsque ad aggerem, qui vocatur dam, in Lulleuitze, item a Lulleuitze vsque ad terminos ville Schetterowe, item a terminis Schetterow directe per paludem versus orientem vsque ad terminos ville Custerniz, item de terminis Custernitz vsque ad terminos Ponmanow, item de Ponmanow usque ad terminos ville Dargekow, item de Dargekow vsque ad terminos ville Clempin, item de Klempyn vsque ad terminos ville Sitelkow, item de Sitelkow usque ad fossatum per directum et per fossatum vsque in Persantam et de Persanta versus austrum redeundo. Item hi sunt termini silue, quam etiam sepedicte damus ciuitati, que vocatur Zuchenvorth, sitam ad terminos Kiselitze, et a Kiselitze descendendo directe vsque in Persantam. Hec autem nostra donatio, ne per nostros successores aliquos in posterum valeat infirmari vel infringi, presentem paginam vel consensum damus nostri sigilli munimine firmiter roboratum. Testes hujus donacionis et libertatis sunt scilicet nobilis vir dominus Jatzo comes de Gutzkow, consanguineus noster dilectus, item dominus Hermannus Caminensis ecclesie decanus, item Hildebrandus ejusdem ecclesie scholasticus, Johannes Colbergensis prepositus, clerici, item Wluoldus de Below, Hermannus Drako, Henricus Steding, Andreas et N. Wedelstede, Johannes Manduell, Amelungus Hukes, Eggardus de Sukowe, milites, item Gerardus Grope, Heydenricus et Arnoldus, fratres de Host, Fredericus de Sundt et multi alii fide digni. Datum et actum Belgard, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, quarto nonas Augusti, per manum Hinrici nostre curie notarii.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 935; Diplomatar. civit. Belgard. Nr. 11b.

Gedruckt bei Dähnert, Pomm. Bibliothek III 5 S. 193; Hanf. Urf.-Buch I S. 443 Nr. 1313 (Stegeff).

Dreger hat keine Abschrift nach dem Orig. cur. Belgard. genommen. Dort ist dasselbe jedoch nicht mehr vorhanden, ebenso wie ein früher dort aufbewahrtes Original-Transsumt Herzog Bogislaw's XIV. Es mußte somit für den obigen Druck die Dreger'sche Abschrift als Vorlage benutzt werden.

1903.

1299 August 9. (in vigilia Laurentii martiris gloriosi).

Der Rath zu Wolin giebt dem Nonnenkloster daselbst das Eigenthum von sechs Hufen mit zwei Höfen in Pagen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis consules ciuitatis Wolin uniuersi salutem in domino Jesu Christo. Consilium est prudentis, ut acta, que geruntur in tempore presenti, digna memoria scriptorum et testium sic seruentur integra, quousque ad cursum futuri temporis certa veritate pateant incorrupta. Nouerint igitur vniuersi tam presentes quam futuri, cum bona nostra voluntate et consensu antiquorum consulum ecclesie dominarum sanctimonialium et conuentui earundem in Wolin ad necessitatem ipsarum depellendam contulimus et dimisimus proprietatem integram cum plena libertate supra sex mansos in indagine dicta Wenkenhagen trans longum pontem cum curia, ex qua ipsos colunt, que quondam per dominum Hinricum de Zerbenzin pie memorie, primum prepositum ipsarum dominarum, a quodam nostro burgense Hinrico Quedelere

dicto racionabiliter fuit empta, et cum alia curia ibidem sita a via usque ad aquam, que ad prefatos sex mansos primitus pertinebat, in qua vnus ortulanus morari debet ad vsus prefate ecclesie, qui ab omni exactione et statutis, que ad nostram spectant ciuitatem, perpetuo tempore liber esse debet totaliter et exemptus. Quam curiam sepedicte domine ad vsus suos debent habere libere et ab omni exactione ciuili et ab omnibus statutis, que ad nostram spectare poterunt ciuitatem. Hanc eciam proprietatem ac libertatem prehabitam ecclesia predictarum dominarum quiete et libere perpetuo tempore possidebit. Si vero contingat, dominas vendere curiam cum attinenciis, ut dictum est, emptor nihilominus et possessor tenebitur ad omne ius ciuile, quo alii nostri conciues sunt debite et honestius obligati. Vt autem hec a nostris successoribus inuiolata atque tuta permaneant, in testimonium huius donacionis contulimus scripta presencia nostre ciuitatis sigilli munimine roborata. Huius rei testes [sunt]<sup>1)</sup> consules huius anni Jacobus de Polchowe, Marquardus Longus, Lodewicus Weggemunt, Hinricus Pugil, Johannes filius Hennyngi, Nicolaus Albus, Hinricus Zegheler, Wernerus Scowenborch, Nicolaus iuuenis Calsow et Zabellus et quam plures alii fide digni. Datum ab incarnatione domini anno M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>IX, in vigilia Laurentii martiris gloriosi.

Ueberschrift in rother Farbe: Van den sos hūnen vnde van deme houe in deme Haghene, de den juncrowen to Wolin horen.

<sup>1)</sup> Fehlt in der Original-Matrifel.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Bolliner Orig.-Matr. fol. 23 Nr. 25; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 953; Abschrift im Stadt-Archiv zu Wolin Sect. A. Tit. 11 Nr. 8 fol. 21 v.

## 1904.

1299 August 14. (kalendas Septembris XIX) Wolin.

Herzog Bogislaw IV. überträgt dem Nonnenkloster zu Wolin, in welches seine Tochter Jutta eingetreten, das Eigenthum des Dorfes Cunow mit dem Patronat, der Gerichtsbarkeit und Freiheit von Bede und jeglichem Dienst, außer der Landwehr.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nos Bugezlaus, dei gracia dux Sianorum et Cassubie, omnibus in perpetuum. Actio temporalis cicius cum tempore labitur, nisi uel scripture memoria uel li[n]gua<sup>1)</sup> testium perhennetur, quia omnium habere memoriam diuinitatis est et non humanitatis. Nouerit igitur verenda nacio presencium et felix successio futurorum, quod nos de vnamini consensu heredum nostrorum ad honorem omnipotentis dei et matris eius Marie et propter pie deuocionis affectum, quem circa cenobium sanctimonialium in Wolin, ordinis Cisterciensis, habemus et racione nostre filie Jutte, quam eedem moniales ad seruiendum deo ibidem in suum collegium susceperunt, damus eisdem sanctimonialibus proprietatem ville Conow, sicut infra suas metas sita est, videlicet in agris cultis et incultis, pascuis, paludibus et pratis, nemoribus et arbustis et cum omni libertate et iure patronatus ecclesie eiusdem ville, sicut dominus Vbesseco et sui heredes a nobis libere possederunt. Preterea damus eisdem dei uirginibus sanctimonialibus et volumus, ut in suis bonis sp[ec]ialiter<sup>2)</sup> suum iudicem siue aduocatam seu scultetum habeant, iudicantem omnes excessus magnos et paruos, altos et bassos, qui poterint euenire. Insuper damus eis omnes excessus, qui se extendunt ad penam capitis atque manus et libertamus eandem uillam ab omni vngeldo, scilicet ab exactione precaria magna et minuta, nichil penitus in eadem villa iuris nobis reseruantes. Eciam eximimus

homines eiusdem uille a seruiicio seu labore priuato, quo aliarum uillarum incole laborare sueuerunt, nisi talis labor commune bonum respiciat atque terre, uidelicet pro defensione terre que lant[were]<sup>3)</sup> vulgariter nuncupatur. Quam libertatem eis concedimus in perpetuum donacionis titulo possidendam. Mete autem dicte uille hee sunt: scilicet de uilla Scussowe, que uadit de uia ciuitatis Wolin, usque ad quendam lapidem a dextris et rursus ab illo lapide ad pratum, ubi maior eius gracilitas est, et in toto per medium pratum usque ad quoddam fossatum et hoc iterum per medium in toto, et abhinc usque Weykow Toutonicum usque ad siluam, que dicitur Elrebruc, item a Slauico Weykow a dicto lapide lin[e]aliter<sup>4)</sup> usque ad montem, qui dicitur Kaleberch, item medietas prati inter Flamynghum militem et Conowe, Trosin, Wostro, magnum Wostro ad Conowe et abhinc directe super planum pratum iuxta ligna et cannas usque ad radices duas dictas wortbot, deinde ad pratum inter Schynnechow et Conowe iam dicto per medium pratum trans aggerem, qui dicitur dam, et in toto per medium, usque perueniatur ad metas uille Scussowe. Vt autem hec nostra donacio pie facta firma permaneat ac inconuulsa, hanc paginam inde confectam conscribi fecimus nostri sigilli munimine roborandam. Testes huius donacionis sunt nobilis uir dominus Jaczo comes de Gutzecowe, dominus Lambertus decanus Camynensis, The[t]leuus<sup>5)</sup> prepositus in Wolin, Woluoldus de Belowe dapifer, Hermannus Draco mar[s]calcus<sup>6)</sup>, Monachus pincerna, Hinricus de Reno, Hubesseko et Disseko, Johannes de Heidebrake, Johannes de Wachholt, Bernardus de Lesten, Adam Flamingus, Conradus de Sasterow, Johannes Mandunel, Wedelstede, milites, Gerardus Grope, Thitleuus de Vpal, Wulf Smeling, Tymmo, Bruno de Cozelitze, Gustlauus de Raruy, Nicolaus de Tessin, armigeri, et consules ciuitatis Wolin et plures alii clerici et laici fidedigni. Datum et actum Wolin, anno domini M.CC.XC nono, kalendas Septembris XIX, per manum Hinrici nostre curie notarii.

<sup>1)</sup> ligua. Die Matrifel. <sup>2)</sup> spacialiter. Desgl. <sup>3)</sup> lanturede. Desgl. <sup>4)</sup> linialiter. Desgl. <sup>5)</sup> Theleuus. Desgl. <sup>6)</sup> marcalcus. Desgl.

Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Bolliner Original-Matrifel fol. 8 Nr. 8; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 936.

1905.

1299 August 29. (in die Decollacionis sancti Johannis baptiste) Wolin.

Herzog Bogislaw IV. befundet die Schenkung des dritten Theils der Dörfer Gantzerin und Stepenitz durch den Ritter Friedrich von Hindenburg an das Kloster Wolin und überträgt letzterem das Eigenthum dieser Schenkung mit der Gerichtsbarkeit, Freiheit von Bede und jeglichem Dienst, außer der Landwehr.

In nomine domini Jesu Christi amen. Buggeslaus, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, omnibus in perpetuum. Acta, que fiunt in processu temporis, ab humano sensu cicius dilabuntur, nisi fideli testimonio et scripti memoria roborentur. Notum igitur sit omnibus hoc scriptum visuris uel auditoris, quod dominus Fredericus de Hinnenborch miles de consensu nostro et heredum nostrorum terciam partem uille Gantzerin et terciam partem uille Stepenitze, quas partes a nobis tenuit in feodo, dedit Christi uirginibus sanctimonialibus in Wolyn pro salute anime sue et amicorum suorum, et nos et heredes nostri pium factum prefati militis commendauimus et dedimus eisdem uirginibus proprietatem eorum honorum. Et libertauimus predictas tercianas cum suis metis, uidelicet in agris cultis et incultis, pascuis, paludibus, pratis et lingnis (1), nemoribus et arbustis, aquis et piscinis. Preterea damus eis iudicium minus et maius usque ad collum et libertamus homines uillarum predictarum, qui spectant

ad sepepredictas uirgines, ab omni uigeldo, scilicet ab exactione precaria magna et minuta, nichil penitus in illis tercianis prefatis nobis seruantes. Et eximimus homines dominarum a seruitio seu labore priuato, quo aliarum villarum incole labo[ra]re<sup>1)</sup> sueuerunt, nisi talis labor commune bonum respiciat, uidelicet pro defensione terre, que lantwere vocatur. Quam libertatem nos concedimus in perpetuum donacionis titulo possidendam. Vt autem hec nostra donacio grata sit et rata atque firma permaneat, hanc paginam conscribi fecimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius donacionis sunt Gobeles marscalcus, Arnoldus Suane, Luchte, Hennyngus de Hinneborch, Ludolphus de Massowe, milites, Heymannus, Heinemannus de Massow, Germandus de Massowe, frater suus, et alii quam plures fide digni. Datum et actum Wolin, anno gracie M.CCXC[C]IX<sup>2)</sup>, in die Decollationis sancti Johannis baptiste.

Ueberschrift: De Gantzerin et Stepenitze.

<sup>1)</sup> In der Original-Matrikel labore. <sup>2)</sup> Desgl. M.CCXXIX.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Bolliner Original-Matrikel fol. 16<sup>v</sup> Nr. 19, Transsumt vom 21. Sept. 1313 fol. 17 Nr. 20 (schlechte und abgekürzte Abschrift); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 934; Abschrift im Bolliner Stadt-Archiv s. r. Sect. A. T. 11 Nr. 8 fol. 11.

## 1906.

1299 September 4. (pridie nonas Septembris, in die beati Marcelli martyris).

Herzog Bogislaw IV. bestätigt dem Kloster Bufow die Grenzen des Dorfes Euenthin mit dem Bufow-See.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis amen. Bugislaus, dei gratia dux Slauorum et Cassubiae, vniuersis Christi fidelibus, beatae matris ecclesiae filiis praesens scriptum visuris salutem in omnium saluatore. Quia ingrata obliuio matrem ignorantiam induens de actis praeteritis multos trahit et traxit in errorem, quos ad cognitionem veritatis reducit uia conscriptio literarum, rationi igitur consonum iudicamus, ut ea, quae ab humanis actibus aguntur, nobilium testimonio ac priuilegiorum beneficio ad perpetuam rei memoriam confirmentur. Quocirca nouerit ueneranda natio praesentium et felix successio futurorum, ad quoscunque praesens scriptum contigerit deuenire, quod nos diuina inspirante gratia moti et salubri consilio discretorum informati ecclesiae Bucouiensis, ordinis Cisterciensis, dioecesis Camminensis, in honorem constructae beatissimae uirginis dei genitricis Mariae, ratificamus et confirmamus terminos adiacentes villae Jewenthin cum integro stagno incipientes a pristan brunne usque ad riuulum, qui Swirnitze nuncupatur, deinde ad locum, cui nomen est Wolowastruga, deinde ad montem, qui dicitur Jaszwineke, ab inde ad alium montem, qui uocatur Hauekesbergk, deinde ad locum, qui Bolesowe appellatur, abinde ad riuulum siue antiquum pontem, qui dicitur Grabowastruga, caeterisque terminorum locis, quos fratres praemissi coenobii suis priuilegiis poterint demonstrare, quos quidem terminos dominus Johannes miles, agnomine de Scleas (!), una cum consensu suorum parentum ac amicorum reliquit ecclesiae iam praetaxatae pacifice et quiete cum omni utilitate et libertate ac decimarum proprietate caeterisque profectibus, quos processu temporis in ipsis iam saepedicti fratres potuerint adipisci. Vt autem haec nostra confirmatio ab infinita malorum ac emulorum religiosorum uirorum uersutia in processu temporum nequeat aboleri, appensione nostri sigilli decreuimus communire. Huius rei testes sunt Vlricus de Beuenhusen, Marquardus de Rasdorp, milites, iuuenis Poppe, Arnoldus de Ost, Fridericus de

Sundis, Eberhardus Monachus civis in Colberg, Horn civis in Cornlin et alii quam plures viri fide digni. Datum et actum anno gratiae millesimo ducentesimo nonagesimo nono, pridie nonas Septembris, in die beati Marcelli martyris.

Bibl. der Ges. für Pom. Gesch.: Buzower Matrikel fol. 110<sup>v</sup>; Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 937.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 520 Nr. 583.

1907.

1299 September 8. (in die Natiuitatis beate Marie virginis) Wolin.

Herzog Bogislaw IV. überträgt dem Nonnenkloster zu Wolin das Eigenthum der westlich der Stadt gelegenen Wendischen Wic, frei von Bede, Stadtrecht und Stadtschoß, dazu den Zins von zwei Hufen auf dem Stadtfelde.

In nomine domini amen. Buggezlaus, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, omnibus in perpetuum. Bonum est et vtile videtur, acta committere scripture, ut in posterum liquere possint principum donatina. Hinc notum facimus omnibus presentem paginam visuris et auditoris, quod nos paru[u]m<sup>1)</sup> vicum, qu[i]m<sup>2)</sup> in Teutonico Wendeschewik uocatur, iuxta Wolin ad occidentalem plagam, qu[e]m<sup>3)</sup> a nobis habuit dominus Thetlews Smelink miles, ad honorem omnipotentis et gloriose matris eius Marie cum omni iure liber[u]m<sup>4)</sup> concessimus dei virginibus sanctimonialibus ibidem manentibus ad utilitatem ipsorum et vsufructum, quem abinde habere tenentur. Et libertamus ab omni exactione seu precaria magna et minuta, que nobis succedere possit. Insuper libertamus predictum<sup>5)</sup> vicum ab omni iure ciuili ciuitatis Wolin et a fodiendo et a positio (?) iure, quod dicitur schot, siue quocunque iure ciuitatis, ita quod nullus audebit se intromittere de eorum seruicio speciali, siue in aquis, siue in terra, seu aliquo vngeldo, sed solum prefate virgines et prepositus earundem habebunt libere, quicquid eis de iure poterit deriuari, et eis concedimus donacionis titulo possidendam. Insuper duos mansos, qui sub nostro situ et iure fuerunt, quos quidam cines de Wolin sub annuo censu colunt in campo et proprietate sepedicte ciuitatis, qui census respicit ad dominas, damus sepedictis virginibus ad supplementum expensarum, inopiam et necessitatem attendentes earum. Et maxime prohibemus, ne aliquis officialium nostrorum siue iudicum uel aduocatorum prefatos mansos siue censum eorum audeat sibi aliquatenus vsurpare. Vt autem hec donacio pie facta firma permaneat ac inconwlsa, hanc litteram inde confectam conscribi fecimus nostri sigilli munimine roboratam. Testes huius donacionis sunt Disco, Vbesco, Ekhardus Smeling, Lutmarus, milites, Wulf Smeling, Thetlews de Vpal, Belecowe, Johannes de Nemir et alii quam plures fide dign[i]m<sup>6)</sup>. Datum et actum Wolin, anno domini MCCCXCIX, in die Natiuitatis beate Marie virginis.

<sup>1)</sup> In der Matrikel paruam. <sup>2)</sup> que. Desgl. <sup>3)</sup> quam. Desgl. <sup>4)</sup> liberam. Desgl. <sup>5)</sup> predictam. Desgl. <sup>6)</sup> digne. Desgl.

Sgl. Staats-Archiv zu Stettin: Bolliner Original-Matrikel fol. 13<sup>v</sup> Nr. 15, Transjunkt vom 21. September 1313 fol. 14 Nr. 16; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 930; Abschrift im Bolliner Stadt-Archiv Sect. A. T. 11 Nr. 8 fol. 8.

1908.

1299. September 15. (XVII. kalendas Octobris) Dymin.

Herzog Otto I. überträgt dem Nonnenkloster zu Verchen das Eigenthum des Dorfes Sommersdorf mit allem Zubehör, frei von Lasten.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Otto, dei gratia dux Sclavorum et Casubie, vniuersis Cristi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in perpetuum. Ab eo, per quem reges regnant et principes optinent principatum, constituti in partem sollicitudinis monarchie, nostra interest, personis religiosis et deo dicatis ecclesiis per subuentionem temporalium sic adesse, vt absque defectu rerum mundanarum deo omnipotenti valeant liberius famulari, vt exinde centuplum recipere valeamus, et necesse, ut scriptis attentis (!) et testibus ydoneis in donationibus, que robur sortiri debent perpetue firmitatis, ipsis taliter caueamus, vt versutis et querentibus, que non sua sunt, omnis occasio malignandi in posterum precludatur. Quam ob causam notum esse cupimus venerande nationi presencium et felici successioni futurorum, quod nos dedimus et per tytulum donationis appropriauimus pro nostro et pro nostrorum progenitorum remedio salutari dilectis nobis in Cristo priorisse et conuentui nec non monasterio sanctimonialium in Verchen, ordinis sancti Benedicti, villam Zimmerstorp nuncupatam et jus proprietatis ejusdem cum pratis, pascuis, siluis, nemoribus, paludibus, aquis, stangnis, riuulis, molendinis structis vel struendis, agris cultis pariter et incultis, cum terminis ville prehabite deputatis et omnibus contentis infra terminos dicte ville, nec non cum vtilitate et omni jure simulque vsufructu, que in ipsa villa nunc est uel in posterum nominari poterit uel acquiri, transferentes in monasterium et personas antedictas omne jus et quicquid nobis in ipsa villa competebat et ipsam villam et proprietatem ipsius in sempiternum feliciter et pacifice possidendas, ab omni liberis seruitute rustica uel urbana, excepta communi defensione terre, cujus necessitatibus et seruitiis manebunt cum aliis dicte ville hominibus implicati. Possessores autem, si qui fuerint preter prepositum et conuentum, qui mansos vel ceteros prouentus habeant in dicta villa a preposito et conuentu, sub jure feudali, prout a nobis, teneant possidendos. Ut autem hec nostre donationis proprietates a nobis et a nostris successoribus inconcussa, firma et inuolabilis perseueret tempore sempiterno, antedictis monasterio et sanctimonialibus presens instrumentum deinde confectum dari iussimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes hujus donationis sunt Johannes nobilis comes de Gutzkow, Hermannus de Osta, Stango, Fredericus de Bertekow, Johannes Bere, Johannes Scolentin, milites, et alii quam plures tam clerici quam layci fidedigni. Datum Dymin, per manum domini Johannis, curie nostre notarii et canonici Stetynsensis, anno domini M.<sup>o</sup>CC.<sup>o</sup> nonagesimo nono, XVII. kalendas Octobris.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Verchener Matrifel S. 56 (fol. 41. 42 der Original-Matrifel nach Dreger); Regl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 938.

Gedruckt bei Tisch, Urk. des Geschl. Behr I S. 192 Nr. 129.

1909.

1299. October 23. (decimo kalendas Nouembris) Angermundis.

Otto, Konrad, Heinrich und Johann, Markgrafen zu Brandenburg, nehmen die Marienkirche zu Stettin in ihren Schutz und bestätigen deren Besitz.

In nomine domini amen. Ot., Conradus, Hinricus et Johannes, dei gracia Brandenburgenses et de Landsberg marchiones, omnibus inperpetuum. Sicut vniuersa, que in celestis

ierarchie ambitu continentur, a primeuo exitu omnipotentis dei nutu distincta stabilem perpetuitatem et per immutabilem sunt sortita, sic ea, que sub sole in toto orbe terrarum reperiuntur, per varietatis et instabilitatis tramitem defluunt et decurrunt Sane cum acta principum, que subesse debent perpetuo robori, que sub decursu temporis fiunt, scriptis auctenticis et testibus ydoneis adeo expedit stabiliri, ne continua fluxibilitas temporis aut ullius occasus calumpnie inposterum deleat aut eneruet, igitur nos, qui diuina mediante gracia populum nobis subiectum temporali regimine gubernamus, moti ac pia et salubri gubernacione vtpote diuini cultus ampliacione et ecclesiasticorum beneficiis et solempniis officiorum insistere cupientes ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis Marie necnon inuictissime sancte crucis dilectis<sup>1)</sup> in Christo preposito, decano totique capitulo ecclesie sancte Marie in Stetyn, Camynensis diocesis, iusta postulantis pro nostrorum remissione peccaminum progenitorumque nostrorum necnon et eterni regis misericordia consequenda animo libenti clementer annuimus et ipsum monasterium cum omnibus ibidem noctu dieque deo famulantibus et ad ipsum pertinentibus sub nostram protectionem suscipimus et presentis scripti priuilegio communitus, inprimis donantes et tytulo donacionis appropriantes eis, quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium siue persone predictae ecclesie in presenti possident uel in futuro poterunt possidere principum uel dominorum nobilium donacione, fidelium oblacione seu iusta empicione, ut firma eis eorumque successoribus et illibata perpetuo perseuerent, que propriis nominibus duximus exprimenda: in primis ius patronatus ecclesiarum subscriptarum, videlicet ecclesie sancti Petri iuxta muros ciuitatis Stetyn, cappelle sancti Nicolay infra muros eiusdem ciuitatis, ecclesie sancte Marie in Stetyn cum loco, in quo resident canonici, item decimam, que recipitur in campo siue agris, qui dicuntur borchuelt, apud Gardiz, item campum siue agros sitos inter Gardyz et Reynenkendorp (!) cum prouentibus, qui exinde poterunt prouenire, item octo iugera sita ante ciuitatem Gardyz, item tercium dimidium talentum denariorum Stetinensium in censu viginti quinque mansorum wille (!) Jezowe, quem habent pro restauo tricesime, que pertinebat ad dotem ecclesie sancti Stephani prothomartiris in oppido dicto Gardiz, item ius patronatus ecclesie in Poliz, Grifenhagen, Pinnowe, Woldin, Lucowe, Lodentyn, Sadel maius et paru[m]<sup>2)</sup>, Crek[o]we<sup>3)</sup> vsibus canonicorum ecclesie sancte Marie in Stetyn temporibus perpetuis profuturum, insuper villas subscriptas, scilicet Kesowe, que est villa prepositure, Sparrenwalde, Nienkerke, Sadel maius et paru[m]<sup>2)</sup>, Lucowe, medietatem ville Glambeke et villam Mucgenvelde cum terminis suis, que alio nomine Boyadle nuncupatur. Item donamus et tytulo donacionis appropriamus eisdem canonicis aquam videlicet Swanthawiz, Poliz et stagnum Varniszeke in longum et latum cum terminis suis ac omni vtilitate, que infra aquarum ipsarum terminos est in presenti vel haberi poterit in futuro, et quatuor sagenas in recenti mari cum omni vtilitate et libertate, item sex mansos in villa Boke et octo mansos in villa Niendorp et octo mansos in villa Stoltenhagen et quatuor mansos in villa Sconenvelde et quatuor mansos in villa Volzenkendorp (!). Item donamus et titulo donacionis appropriamus centum et triginta nouem marcas denariorum in moneta annuatim et vngeldo ciuitatis Stetyn personis prelibate ecclesie perpetuo profuturas, item tria iugera in campis Stetyn, in quibus horreum laterum sancte ecclesie Marie in Stetyn antiquitus situm fuit, item vnum tractum cum hereditate in aquam (!) prope Gardiz, qui thoch wlgariter appellatur. Has inquam omnes predictas possessiones, prout superius est expressum et sicut in priuilegiis pie recordacionis domini Barnym, illustris ducis Sclauorum, et filiorum suorum plenius continetur, et que in posterum a personis sepedicte ecclesie haberi poterunt uel acquiri, cum omnibus terminis suis, villis, agris, siluis, cultis et incultis, pratis, pascuis, fluminibus, riulis, stagnis, aquis, piscacionibus,



molendinis, ferrifodinis, salinis, viis et semitis ad ius ecclesie Stetinensis necnon prepositi, decani et tocus capituli eiusdem ecclesie cum omni iure et vtilitate et cum condicionibus enarratis et cum causerum cognicionibus in nomine domini donamus et tytulo donacionis benigne appropriamus, dantes exnunc ex parte nostra proprietatem in hiis scriptis omnium bonorum premissorum ecclesie Stetinensi. Si forsan ex aliquo casu non possent ostendi priuilegia super singulis bonis superius memoratis tempore succedente, quin immo per presens scriptum probari uolumus omnes proprietates pretaxatas cum iuribus suis, libertatibus, condicionibus et articulis enarratis, exclusis et amotis omnibus excepcionibus et cauillationibus juris canonici et ciuilis contra predicta omnia et quodlibet premissorum. Vt autem hec omnia rata et inconnulsa inperpetuum permaneant, sigilli nostri appensione cum testium subscripcione presentem paginam duximus roborandam. Testes huius rei sunt dominus Zacharias, dominus Theodericus, clerici, Johannes de Oldenvlith, Wernerus de Swanenbeke, Otto de Thene, Johannes et Anselmus, fratres de Blankenborch, Hinricus de Stegeliz et Bethekinus de Ecstede, milites, et quam plures alii clerici et layci fidedigni. Datum Angermundis, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, decimo kalendas Nouembris.

Nebenstehende Registratur: Confirmacio marchionum de bonis nostris.

1) Das Copiar hat dilcois, also dilectionis. Doch hat offenbar der Schreiber ein o zu viel gesetzt und ist vielmehr dilcis = dilectis zu lesen. 2) parum. Das Copiar. 3) Crekewe. Desgl.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Fragmente eines Copiars der Marienkirche zu Stettin Nr. 24.

1910.

1299 October 31. (in vigilia Omnium sanctorum, que est pridie kalendas Nouembris) in Gobelenhaghen.

Die Stadt Pölitz überträgt mit Genehmigung ihres Herrn, des Ritters Otto Drake, dem Kloster zu Gobelenhaghen die Mühle zu Knypetaf, frei von allen städtischen Lasten.

Vniuersis presenciam visuris ac auditoris prefectus, consules totaque communitas ciuitatis Pölitz<sup>1)</sup> honoris et seruicii, quantum possunt. Cum propter successionem futuri temporis preteritorum obliuio frequenter surrepat, prudentis est consilium, vt acta, que stabilia cupimus permanere, scripture ac sigillorum amminiculo maneant incorrupta. Hinc est, quod ad<sup>2)</sup> noticiam tam presenciam quam futurorum tenore litterarum presenciam cupimus peruenire, quod nos de communi consensu tocus ciuitatis ac ordinatione<sup>3)</sup> domini nostri Ottonis militis, dicti Draconis, ecclesie in Gobelenhaghen<sup>4)</sup> et dominis inibi seruientibus deo<sup>5)</sup> molendinum situm in Knypetaf ab omni petitione, vigilacione, exaccione<sup>6)</sup> et ab omni penitus iure ciuili ad nos pertinente, tam in fundo quam censu, hereditate mobili siue immobili<sup>7)</sup> liberum dimisimus iure perpetuo possidendum, ita videlicet vt possessor prefati molendini ab omni perturbacione ciuitati incumbente omnimode sit exemptus. Vt autem hec nostre permissionis ordinacio a successoribus nostris inuolabiliter obseruetur, eisdem dominis contulimus presentem paginam sigilli nostri munimine confirmatam. Huius rei testes sunt Hinricus Sacerdos dictus, Dominicus, Droysico<sup>8)</sup>, Otto dictus Draco, Thidericus dictus Luchte<sup>9)</sup>, milites, Johannes dictus Wussow<sup>10)</sup>,

ciuis in Stetyn<sup>11)</sup>, et plures alii fide digni. Actum et datum in Gobelenhaghen<sup>4)</sup>, anno domini MCCCXCIX, in vigilia Omnium sanctorum, que est pridie kalendas Nouembris.

Ueberschrift: Priuilegium de molendino in Knyptaf.

<sup>1)</sup> Poliz P II. <sup>2)</sup> quod ad wiederholt in P II. <sup>3)</sup> ordinationi P I P II. <sup>4)</sup> Ghobelenhaghen P II. <sup>5)</sup> deo seruientibus P II. <sup>6)</sup> exactione P II. <sup>7)</sup> immobili P II. <sup>8)</sup> Drovsico P II. <sup>9)</sup> Lüchte P II. <sup>10)</sup> Wussowe P II. <sup>11)</sup> Stetin P II.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Jansenzer Matrifel P I Nr. 65, P II Nr. 48; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 949.

## 1911.

1299 November 11. (in die sancti Martini episcopi) in Sundis.

Ritter Gottschalk, Vicko, Conrad und Georg, Gebrüder die Preen, verkaufen der Domkirche zu Riga die Hälfte des Dorfes Hövet im Lande Tribsees wiederkäuflich für 502 Mark Slav. und räumen derselben das eventuelle Vorkaufsrecht auch für die andere Hälfte ein.

Vniuersis Christi fidelibus hoc scriptum visuris Goscalus miles, Vicko, Conradus, Georgius, fratres dicti Preen, salutem in domino. Tenore presentium protestamur, quod nos dimidietatem ville nostre, que Houet dicitur, posite in terra Tribeses, quam uillam pater noster bone memorie pro mille et quatuor marcis Slaicalis monete emisse dinoscitur, honorabilibus uiris preposito et capitulo sancte Rigensis ecclesie pro quingentis et duabus marcis eiusdem monete vendidimus cum omni integritate et iure, possessionibus et pertinenciis, pascuis et siluis perpetuo possidendam, ita sane, quod cum predicta uilla centum marcas pretactas singulis annis in redditibus habeat, memorati domini prepositus et capitulum dictorum reddituum medietatem in parte illa, que ipsis aput uillam ipsorum Wlueshagen vicinius adiacet, pro ut ipsis demonstrata fuerit, tenebunt et recipient, parte vero residua siue medietate alia nobis et nostris heredibus remanente. Vnde iam dictus prepositus et capitulum in ipsa sua ville medietate iudicium et fructus iudicii pacifice possidebunt, in communibus autem nobis et ipsis siluis, piscinis, pascuis, si iudiciorum equitatos aut fructus pertractari contigerit, medio diuidentur. Verum etiam, quod si in sua parte predicta siue preiudicium, si etiam<sup>1)</sup> per labores aut fauores hominum in predicta uilla sub ipsis morantium aliquas sibi vtilitates seu prouentus vltiores constituere poterint, hoc liberum ipsis erit et nobis et nostris heredibus id ipsum in nostra parte faciendum liberum remanebit. Nos etiam de omnibus decimis predicte uille aput venerabiles dominos episcopum et capitulum Zuerinensem, si per ipsos aut nomine ipsorum aliquid questionis super dictis decimis exortum fuerit, ex toto tenebimur respondere. Addicimus etiam supradictis, quod si partem nostram, quam ad huc in predicta uilla tenemus, fortassis in futuro uendere voluerimus, pro tanto precio, sicut partem priorem, sic et istam memoratis dominis dare tenebimur. Ipsi etiam nobis hanc gratiam faciunt, quod si partem eis uenditam infra annum reemere potuerimus, nobis pro tanta pecunia, quantam ab eis recepimus, vendere teneantur, ita sane, quod predictam summam videlicet quingentas et duas marcas infra terminos videlicet festum sancti Martini et festum Natiuitatis domini proxime futuros in ciuitate Sundensi absque occasione et dilatione aliqua in parata et numerata pecunia eisdem totaliter tenemur persoluere. Quod siue in toto siue in parte non fecerimus, medietatem, quam premisimus a nobis emptam predicta emptione legitima<sup>2)</sup>, perpetuo retinebunt. Testes sunt, qui presentibus affuerunt et premissa seruari fide data promiserunt: dominus Georgius Molteke, Matheus Molteke, Conradus Dotenber[c]h<sup>3)</sup>, Bertoldus de Osten,

Johannes de Osten, Thomas cum Torace, Marquardus cum Torace, Rauen Buc, milites, quorum sigilla cum sigillo meo Gotscalci Preen militis, quia nos fratres premissi adhuc sigillum aliud non habemus, presentibus sunt appensa. Datum in Sundis, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, in die sancti Martini episcopi.

Auf dem untern umgeschlagenen Rande der Urkunde die alte Registratur: De villa Houeth emta a capitulo Rigencium. Auf der Rückseite: septima und littera emptionis ville diete Houet (?).

1) et. Fabricius. 2) legitime. Fabricius. 3) Dotenberh. Original.

Die 8 Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Allg. geistl. Urk. Nr. 19; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 950; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur III (1299) Nr. 10; Klemptens Extract 2c. fol. 41 v.

Gedruckt bei Fabricius III S. 114 Nr. 281.

## 1912.

1299 November 12. (secundo idus Nouembris, in die sancti Liuini episcopi et martyris)  
Stetyn.

Herzog Otto I. erlaubt der Stadt Stettin, einen Damm und Brücken nach Alt-Damm anzulegen, verspricht ihr als Beihilfe für die drei ersten Baujahre je zwei Schillinge von jeder Fuße jenseits der Oder und bestimmt die Höhe des Dammsolls.

In nomine domini amen. Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, vniuersis christi-fidelibus omnis boni plenitudinem perpetua cum salute. Cum humana memoria sit labilis et caduca, congruit acta principum et nobilium dominorum mansura in sempiternum testibus ydoneis et documentis legitimis adeo perhennari, quod in eis in posterum precludatur omnis occasio malignandi. Igitur sciat nacio presencium et posteritas futurorum, quod nos prehabito maturo consilio karissime matris nostre, domine Mechtildis ducisse Slauorum inclite<sup>1)</sup>, et nostrorum prudentum consilio vasallorum propter commune bonum nostri tocus dominij nostris fidelibus et dilectis schulteto, consulibus, scabinis ac vniuersis conburgensibus nostre ciuitatis Stetyn<sup>2)</sup> plenam donauimus et appropriauimus libertatem, congeries fodiendi<sup>3)</sup>, aggeres preparandi et pontes edificandi omnibus transeuntibus conuenientes a nostra ciuitate Stetyn<sup>2)</sup> vsque<sup>4)</sup> in Damme procedentes vltra<sup>5)</sup> omnia intermedia flumina atque prata, vbi eis maxime videbitur expedire, nullo prorsus obstaculo accedente, ad quorum poncium edificationem<sup>6)</sup> et perpetuam conseruationem<sup>7)</sup> damus eisdem in subsidium plenariam potestatem perfruendi lignis, arbustis, rubetis, virgultis, terra, lapidibus et arena, vbicumque in nostro fuerint principatu. Et si aliqui eos voluerint impedire<sup>8)</sup> in huiusmodi fossione, lignorum sectione, terre, arene et lapidum adductione, poncium sev<sup>9)</sup> aggerum preparatione<sup>10)</sup> aut in aliis quibuscumque necessariis ad hos aggeres siue pontes, ab hoc impedimento<sup>11)</sup> impediens<sup>12)</sup> compescere<sup>13)</sup> volumus et inducere, quod desistant. Insuper damus eis in auxilium poncium et aggerum predictorum primo anno duos solidos denariorum, cum inceperint edificare, similiter et secundo anno duos solidos de quolibet manso nostre terre trans Oderam cum nostro adiutorio extorquendos. Id ipsum anno tercio, si necesse habuerint, faciemus. Hos quoque pontes et aggeres, qui transierint, huiusmodi theoloneum erogabunt. Dominus abbas in Colbaz<sup>14)</sup> et vniuersi fratres sui conuentus, sacerdotes, milites, armigeri pheodum a nobis habentes et in nostro dominio residentes, qui nobis seruiunt, cum necessariis ad eorum victualia libere pertransibunt.

Ceteri vero<sup>15)</sup> dabunt de viro equitante vnum denarium; si in eadem die redierit, nichil dabit. Qui transit cum curru, dabit<sup>16)</sup> de equo denarium. Qui transit cum suppellectili, dabit III solidos, de jumento vnum obulum, de quinque porcis vnum denarium, de quinque ouibus vnum denarium, de quinque capris vnum denarium, de equo vnum denarium. Qui pedes transit, vnum obulum. Huiusmodi theolonei perceptionem<sup>17)</sup> ab vniuersis inhabitatoribus nostre dilecte ciuitatis Stetin perpetuo possidendam libere, feliciter et quiete ipsis dedimus ob hanc causam, quod hos aggeres atque pontes eo melius edificent et conseruent. Vt autem omnia hec predicta nostre dilecte ciuitati Stetin et cunctis<sup>18)</sup> inhabitantibus eam a nobis et ab omnibus nostris successoribus perpetuis temporibus inuiolabiliter obseruentur, nos presens instrumentum nostri sigilli munimine roboratum omnibus prenotatis duximus largiendum. Testes huius rei sunt dominus Ditmarus abbas<sup>19)</sup> in Colbaz<sup>14)</sup>, dominus Willekinus Trampe, Stango, Thidericus Luchte, Otto Draco, Ludekinus et Gernandus de Massow, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Stetin, per manum domini Johannis nostri notarii, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, secundo idus Nouembris, in die sancti Liuiii episcopi et martyris.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De congerie uersus Damme (B), beſgleichen: De structura poncium et congeriei uersus Damme (C).

1) inelyte B. C. 2) Stetin B. C. 3) fodendi B. C. 4) usque B. 5) ultra C. 6) edificacionem B. C. 7) conseruacionem C. 8) impedire B. C. 9) seu B. C. 10) preparacione B. C. 11) impedimento B. C. 12) impedientes B. C. 13) conſpescere B. C. 14) Colebaz B. C. 15) uero B. C. 16) Fehlt C. 17) percepcionem C. 18) cunctis B. C. 19) abbas Ditmarus C. 20) M.CC. nonagesimo nono B. C.

Das Siegel an rothseidener Schnur anhängend. Rechtsſprengender Ketter, den Schild, die Fahne am eingelegten Speer mit einem Greifenschilde, die Decke des Pferdes mit vier Greifenschilden belegt. Umschrift: S. Ottonis dei gra illvstris dvcis Slavov̄ et Cassubie ac dñi ĩ Stettĩ. (A). Dasselbe Siegel an grün- und rothseidener Schnur anhängend. Auf der Rückseite das Sekretſiegel Ottos. Der Greifenschild schräg rechts gestellt, darüber der Helm mit Pfauenwedel. Umschrift: Secretv̄ Ottonis dvcis ĩ Stetin (B. C.)

Stadt-Archiv zu Stettin: Drei Originale s. r. Nr. 26 (A. B. C.); Abſchrift des rothen Buches Nr. 21; Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Diplomatar. civit. Stetin. P I Nr. 26 und 27; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 939.

Gedruckt: Baltische Studien II I. S. 135.

1913.

1299 November 15. (XVII kalendas Decembris) in Stetyn.

Hilfdebrand, Probst der Marienkirche zu Stettin, Vertreter des Bischofs Petrus zu Camin, gestattet auf Verwendung des Ritters Dietrich Luchte, eine Pfarrkirche zu Dese anzulegen und überträgt deren Verwaltung dem Kloster zu Gobelenhagen.

H.<sup>1)</sup> dei gratia Stetinensis ecclesie prepositus, vices gerens patris venerabilis, fratris Petri Caminensis ecclesie<sup>2)</sup> episcopi, omnibus presenciam visuris ac auditoris salutem in domino. Nouerint vniuersi presencium inspectores, quod ad petitionem Thiderici militis, dicti Luchte, nos nichilominus animarum periculum propter localem distanciam imminens inspicientes, de consensu tocius capituli nostri in Stetyn<sup>3)</sup> licenciauimus, parrochiale ecclesiam construi in villa Lese, ipsi parrochie villam Hekelwerch apponendo, que ville ad nostram ecclesiam in Pölitz pertinebant, et hanc nouam ecclesiam dominis in Gobelenhagen officendam committi-

mus et regendam. In recompensationem vero huius permissionis ecclesia in Gobelenhagen<sup>4)</sup> nostre ecclesie in Stetyn<sup>3)</sup> dabit marcam denariorum vsualis monete anno quolibet reuoluto. Predictus autem miles dabit iam dicte ecclesie tres<sup>5)</sup> mansos cum omni iure et<sup>6)</sup> vtilitate, vnum videlicet Hekelwerk<sup>7)</sup>, duos vero in Lese perpetue possidendos. Preterea in predictis villis commorantes dabunt pro censu ecclesiastico de quolibet manso modium siliginis et denarium annuatim. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in Stetyn<sup>3)</sup>, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XCIX<sup>o</sup>, XVII kalendas Decembris.

Ueberschrift: Privilegium de licencia construendi ecclesiam in Lesen.

<sup>1)</sup> Her. P I. P II. Wahrscheinlich stand im Original nur H. für Hilbebrand und haben die Matrikelschreiber dies für Hermann genommen. <sup>2)</sup> Fehlt in P II. <sup>3)</sup> Stetin P II. <sup>4)</sup> Gobelenhagen P II. <sup>5)</sup> III. P II. <sup>6)</sup> ac P II. <sup>7)</sup> Hekelwerch P II.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Sassenzer Matrikel P I Nr. 60, P II Nr. 68; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 952.

## 1914.

1299 November 26. (in crastino beate Katherine virginis) Rozstoc.

Die Stadt Rostock verpflichtet sich, bis zum 28. Februar 1300 an Otto und Hermann, Markgrafen zu Brandenburg, Otto, Herzog zu Stettin, Nikolaus, Herrn zu Werle, und Heinrich, Herrn zu Mecklenburg, 5000 Mark fein baar oder in Tuch und Buntwerk zu entrichten.

Nos consules vniuersi, noui et veteres, nec non communitas ciuitatis Rozstoc, presentibus publice recognoscimus et testamur, nos obligatos fore ad soluendum illustribus principibus videlicet dominis Ottoni et Hermanno, marchionibus de Brandenborgh, Ottoni, duci Stetynensi, Nicolao de Werle et Hinrico Magnopolensi quinque milia marcarum puri argenti, quam quidem pecunie summam ipsis expedite persoluere promisimus in prima dominica Innocavit Quadragesima nunc instantis, ita tamen, si paratam pecuniam in tali termino habere nequiuimus, pannos et varium opus pro ipsa dabimus pecunia, ita quod quilibet pulcher pannus pro quatuor marcis puri fertone minus computetur et quodlibet timber varii pro tribus fertonibus puri similiter computetur. Promittimus etiam eisdem, nos vna cum domino nostro Nicolao de Rozstoc conducere bona fide pre omnibus, qui faciunt vel dimittunt aliquid nostri causa, ad locum, quem prefati principes duxerint eligendum. In cuius rei certitudinem pleniorum et cautelam scriptum presens dedimus ciuitatis nostre sigillo, ut cernitur, communitum. Actum et datum Rozstoc, anno domini M. ducentesimo nonagesimo nono, in crastino beate Katherine virginis.

Original-Transsumt des Klosters Colbaß vom 23. Juli 1346 im Raths-Archiv zu Rostock.

Gedruckt in den Rostockischen wöchentlichen Nachrichten vom 20. Januar 1753; Niebel, Cod. dipl. Brand. III 3 S. 9 Nr. 8; Mehl. Urk.-Buch IV S. 129 Nr. 2583.

## 1915.

1299 Dezember 7. (in crastino festi sancti Nicolai).

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor genehmigen den Verkauf des Dorfes Rudbeviß durch die Brüder Arnold, Friedrich und Hermann von Bizzen für 400 Mark Slav. an das heilige Geisthospital zu Lübeck mit Wiederkaufsrecht in sechs Jahren.

Wiz. et eius filii Wizlaus et Zambur, dei<sup>1)</sup> gracia principes Ruyanorum, omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in omnium saluatore salutem. Vt ea, que sunt in tempore,

non euanescent nec pereant tempore defluente, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quare notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, Arnoldum de Vitzen et Fredericum et Hermannum, fratres eius, de nostro beneplacito et con[s]ensu<sup>2)</sup> vendidisse rationabiliter domui sancti Spiritus ciuitatis Lubicensis pro quadringentis marcis denariorum Slauice monete villam Ruddenitze cum omni proprietate et libertate, cum agris cultis et incultis, palludibus (!), pratis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, viis et inuis, exitibus et regressibus, emolumentis maioribus et minoribus, cum iudicio, sicut eis ibidem actenus competebat, in eisdem eciam terminis, ut nunc iacet, et plene ac generaliter in omni commoditate et iure, sicut ipsam villam dinoscuntur actenus possedissee, de quibus bonis ipsa domus aut alii eius nomine ad nulla nobis seruicia tenebuntur; sed coloni in ipsis bonis residentes non amplius nobis exhibebunt in aliquo, nisi sicut alii in terris nostris in bonis ecclesiasticis residentes facere sunt astricti, et si, quod adsit, inter nos et nostros et ciuitatem Lubicensem aut prouisores ipsius domus quidquid ingratitude emerit<sup>3)</sup>, ipsa tamen domus dictorum bonorum, ut continet hec pagina, libere perfruentur, et si de educendo aliqua facta fuerit inhibicio in terris nostris, tamen, quidquid prouenerit de hiis bonis, libere deducetur. Hiis ita peractis prouisores et magister ac conuentus ipsius domus dederunt liberam facultatem dictis fratribus vasallis nostris, quod a data presencium in sexto anno scilicet in Natiuitate domini ipsa bona pro quadringentis marcis denariorum Slauice monete reemere valeant expedite, quam reempcionem, si tunc non fecerint, ex tunc ipsa domus semper eadem bona tam libere possidebit, sicut alique ecclesie uel monasteria in terris nostris bonis suis liberius perfruuntur. Super premissis omnibus ad vsus ipsius domus firmiter obseruandis in solidum et fide media promiserunt dicti tres fratres et cum eis fideles nostri Bertoldus Ost et Hinricus frater eius, Johannes de Wokenstede et Johannes de Damenitze, Nico. de Putbuz, Conradus Dotenberg, Fredericus de Alecum et Thidericus de Mezecow, ut, si defectus occurrerit in premissis, ciuitatem Stralessundensem ad iacendum intrare debeant, non exituri, nisi singula hec contenta sint integraliter obseruata. Loco decedentis interim promissoris, si, quod absit, ita contingerit, dicti fratres tres infra XIII dies postea statuent alium eque dignum uel ipsi tres in dicto loco tam diu iacebunt, quousque per eos sic alius statuatur; si quidem reempcionem fecerint, tunc quadringentas marcas ipsius reempcionis intra ciuitatem Lubeke persoluent. In cuius rei testimonium est presens scriptum nostris et presentibus sigillis rationabiliter communitum. Datum anno domini M.CC. nonagesimo nono, in crastino festi sancti Nicolai.

<sup>1)</sup> diuina. Fabricius. <sup>2)</sup> concensu. Cod. Rug. <sup>3)</sup> eniserit. Fabricius.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 49; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 943.

Gedruckt bei Fabricius III S. 114 Nr. 282.

1916.

1299 Dezerber 26. (in crastino Natiuitatis domini) Stetyn.

Das Domkapitel der Marienkirche zu Stettin bezeugt, daß der Domherr Dietrich, ehemaliger Probst zu Schönlinde, acht Hufen im Dorfe Ludow erkauft und mit denselben einen Altar in der Marienkirche dotirt hat.

In nomine domini amen. Hyldebrandus dei gratia praepositus, Bertrammus eadem gratia decanus totumque capitulum ecclesiae sanctae Mariae in Stetyn omnibus in perpetuum. Ordo rationis exigit et, consuetudo approbat et commendat, quod res rationabiliter gestę, ne propter

lapsum temporis in obliuionem deueniant, scripturae testimonio roborentur. Agnoscat igitur natio praesentium et addiscat hoc scripto foelix successio futurorum, quod cum villam in Lukowe cum omni iure, jurisdictione, redditibus, prouentibus et vtilitatibus vniuersis iuste emptionis tytulo emissemus per nos omnes et singulos consensu vnanimi, deliberatione prehabita diligenti, in nostro capitulo sic decretum extitit et ordinatum, quod persona quaelibet et singuli canonici de dicto nostro capitulo de mansis et redditibus dictae villae, quos quilibet ex nobis pecunia sua propria absolueret, suum libere possent facere ac condere testamentum et exprimere cum effectu de mansis huiusmodi eorumque redditibus suam vltimam voluntatem, hac conditione adiecta, quod extra ecclesiam nostram supradictam nil omnino per huiusmodi testamentorum seu vltimarum voluntatum ordinationem donationis uel legationis aut alio quocunq[ue] titulo transferatur de mansis seu redditibus villae memorate. Recognoscimus itaque, quod dominus Theodericus quondam prepositus de Tylia, noster canonicus, pecunia sua propria octo mansos cum redditibus et prouentibus eorundem in dicta villa Lucowe absoluit, de quibus idem Theodericus sanus mente et corpore suum sic ordinavit et condidit testamentum, vltimam suam exprimens voluntatem: dotavit enim altare cum eisdem octo mansis ipsorumque redditibus et prouentibus vniuersis, quod propter salutem animae suae suorumque progenitorum in nostra ecclesia supradicta fundavit et construxit deputans et assignans capellano seu rectori dicti altaris, qui pro tempore fuerit, pro sua sustentatione dictos octo mansos cum ipsorum redditibus, prouentibus et utilitatibus vniuersis, quae nunc sunt et erunt in futurum, excepto duntaxat iudicio manus et colli, quod ad nostram ecclesiam dinoscitur spectare, qui etiam capellanus altaris praemissi, qui fuit pro tempore, chorum in dicendis et cantandis horis canonicis ac diuinis exequendis et celebrandis offitiis obseruare, sicut caeteri vicarii nostrae ecclesiae sepius memorate, ac decano nostro, qui pro tempore fuit, obedientiam facere ac obedire fideliter debet. Reseruauit etiam idem Theodericus sibi ius patronatus seu collationem dicti altaris quoad tempus vitae suae, ipso autem naturae debitum persolvente ius patronatus seu collatio huiusmodi apud nostrum capitulum perpetuo remanebunt. Huius rei testes sunt Hyldebrandus praepositus, Bertramus decanus, Johannes praepositus de Colberg, Nicolaus quondam praepositus sanctimonialium in Piriz, Conradus de Sanne, Gotfridus Diues, magister Baldewinus, Johannes de Brosowe, magister Conradus, Christopherus, Bernardus de Lipsko, canonici Stetinenses, Johannes notarius ducis, Conradus capellanus ducis, canonici dictae ecclesiae, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum et actum Stety[n], anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>, in crastino Natiuitatis domini.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Beglaubigte Abschrift in der Matrifel (Tit. I Sect. 1 Nr. 1) fol. 14; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Diplomatar. eccl. s. Mariae I Nr. 33.

1917.

1299.

Herzog Bogislaw IV. verleiht dem Kloster Eldena die Dörfer Galkow und Bünssow.

Herzog Bugslafs bref, dar in he dem closter voreygent Galkow, Bünssow anno MCCXCIX.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Extract miner gnedigen zc. (Ia Folio. 53) fol. 81.

Gedruckt bei Pbl, Gesch. des Kl. Eldena S. 620.

1918.

## 1299. Dammis.

Herzog Otto I. verleiht dem Kloster Stolp a. d. P. das Eigenthum des Dorfes Sarnow mit allem Zubehör.

In nomine domini amen. Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, omnibus hoc scriptum uisuris eternam in domino salutem. Quoniam facta hominum per uelocem cursum temporum et etatum obliuione intercipiente frequencius obscurantur, habundantis cautele suadet utilitas, ut scriptis auctenticis commendentur gesta, que ad posterorum sunt noticiam transmittenda. Notum igitur sit tam presentibus quam futuris, quod nos animaduertentes de huius mundi rebus transitoriis ad futuri seculi beatitudinem nichil posse transferri, nisi quod ad honorem dei ecclesiis et Christi pauperibus fuerit erogatum, ecclesiam sancti Johannis baptiste in Stolp, ordinis sancti Benedicti, quam progenitores nostri pro remedio animarum suarum pio deuocionis studio rerumque temporalium subsidio dotauerunt, nostris eciam suffragiis, annuente deo, diligenter cupimus adiuuare, ut in ea memoriale nostrum ministris dei iugiter relinquamus. Dilectis igitur nobis in Christo domino Godefrido abbati et conuentui ecclesie supradicte in Stolp appropriauimus et titulo donacionis dedimus proprietatem uille Sarnowe cum aduocacia et iudiciaria potestate tam in manum quam in collum in dicta uilla plenarie iudicandi, cum utilitate, usufructu et terminis, infra quos dicta uilla continetur, et plane cum omni iure, quod in ipsa nominari poterit uel acquiri, in sempiternum libere, feliciter et pacifice possidendam. Vt autem hec nostra donacio rata et inconuulsa a nobis nostrisque successoribus in perpetuum habeatur, presens instrumentum inde confectum cum sigilli nostri appensione fecimus roborari. Huius rei testes sunt dominus Dithmarus abbas in Colbaz, dominus Johannes comes de Gutzecowe, Conradus dictus de Oldagheshaghen noster capellanus, Johannes de Bertecowe, Fredericus et Albertus de Bertecowe, milites, Otto Draco, Trampo, Hinricus de Heydebrake, Johannes de Walsleue, Luchte de Kotene, milites, et alii [quam plures] fide digni et honesti. Actum et datum Dammis, per manum domini [Johannis canonici Steti]nensis, nostre curie notarii, anno domini M<sup>o</sup>CC nonag[esimo nono].

Auf der Rückseite die alte Registratur: Ottonis de villa Sarnowe 1299.

Siegel nebst Schnur abgeriffen.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original, von welchem unten ein großes Stück abgeriffen, s. r. Kloster Stolp Nr. 25; Stett. Arch. P I Tit. 80 Nr. 498 fol. 21 (Schöttgensche Abschrift von 1720 oder 1721); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. IV Nr. 931.

Die eingeklammerten Stellen sind vom Original abgeriffen und hier aus Dreger ergänzt, denn dieser (geboren 1699) hat auffallender Weise den ganzen Text, trotzdem er sich auf dasselbe Original (Fascikel IX Nr. 25) beruft, welches bei der Abschriftnahme durch Schöttgen i. J. 1721 bereits beschädigt war.

1919.

## 1299.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, transjunkt mit seinen Söhnen Wizlaw III. und Sambor die Urkunde Herzog Bogislaws IV., worin derselbe dem Kloster Eldena den Besitz seiner in Pommern belegenen Güter bestätigt.

Wislai vnd anderer forsten van Ruyen vidimus auer hertoch Bugslafs confirma: dar in stan alle des closters guder anno MCCXCIX.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Extract miner guebigen zc. (1<sup>a</sup> Folio. 53) fol. 82 v.  
Gedruckt bei Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 620.



1920.

1299.

Das Domkapitel zu Camin gestattet gegen Entgelt dem Rathe zu Demmin, daselbst eine Kapelle bei dem Heil. Geisthospital anzulegen und bestimmt die kirchlichen Rechte derselben.

Johannes dei gratia prepositus, decanus totumque capitulum Caminensis ecclesie omnibus presens scriptum visuris salutem in domino. Ad cognitionem omnium cupimus deuenire, quod consulibus in Demin dedimus plenam licenciam et potestatem ponendi capellanum ad domum sancti Spiritus, sitam in Demin, pro tempore siue perpetuo pro eorum libera voluntate, qui vero capellanus accessum altaris accipiet ab archidiacono, infirmis iam dicte domus sacramenta ecclesiastica ministrando. Infirmi dicte domus in cimiterio sepelientur dicte domus, preter sacerdotem et scolarem, qui sunt ad parram<sup>1)</sup> sepeliendi. Item sacerdos in dicta domo solam celebrabit missam et si funus presens affuerit, dicere potest duas; matutinas, primam, terciam, sextam, nonam, vespervas, vigiliis dicet simpliciter sine nota. Item sermo non fiet, circuitus non erit, sed aspersio aque super sepulcra solummodo mortuorum. Memoria non erit, sed illorum, qui ibi sunt sepulti et qui habent fraternitatem vltra duas marcas; festa infirmis dicentur et fides catholica. Missa vero, que in dicta capella dicetur, post primam missam matutinalem in parra dictam dicetur, et si capellanus dicte domus aliquid istorum transgrediretur et si monitus primo, secundo uel tercio a plebano non emendauerit, ab episcopo uel archidiacono corrigetur. Premissam siquidem gratiam suis denariis consules in Demin comparauerunt, qui vero denarii in decanatus<sup>2)</sup> edificium sunt conuersi. Hanc vero ordinationem tam rationabilem inter parram ex parte vna et domum sancti Spiritus parte ex altera ordinatam sigillo illustris principis domini B. ducis Slauorum et nostri capituli stabilimus imperpetuum duraturam. Cuius eciam testes sunt prepositus Hildebrandus gerens vices domini P. episcopi Caminensis ecclesie, dominus Jo. prepositus Colbergensis, dominus H. archidiaconus Deminensis. Actum anno domini MCCXC nono.

<sup>1)</sup> = parochia, Pfarrkirche. <sup>2)</sup> decs im Original.

Die beiden Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Demmin s. r. B. Nr. 6.

1921.

[1299].

Das Domkapitel zu Miga überläßt an Gottfried, Bischof zu Schwerin, eine Rente von 20 Mark Slav. statt des Zehntens aus dem Dorfe Hübet.

Hinricus Rigensis ecclesie praepositus, consentiente conuentu, Godfrido episcopo cedit decimarum nomine 20 marcas Sclauical. in uilla Houet, pertinente ad ecclesiam Rigensem.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Aus des Schwerinschen Rectors Bernh. Federich Index annalium ecclesie Suerinensis.

Gedruckt in den Meßl. Jahrbüchern XIV S. 259 Nr. 51; Fabricius III Regesten S. 87 Nr. 466<sup>b</sup>.

[Vor 1300.]

Der Rath zu Greifswald beantwortet dem Rathe zu Colberg mehrere ihm unterbreitete Fragen des Lübbischen Rechts.

Honestis viris et discretis, amicis suis dilectis, aduocato, consulibus et burgensibus in Colberg, aduocatus, consules et burgenses Gripheswld, quantum possunt obsequii et honoris. Super quedam dubitabilia, que a nobis requisuistis, sic vobis respondemus, quod duos modios habemus, vnum auene et humuli, qui vnum sunt, et duos modios humuli mensuratos pro vno modio computamus, alium vero modium, cum quo omne durum frumentum mensuratur, quod dicitur stricmate, et omnis farina et omne brasium, quod molitum est, mensuratur. De omni brasio et frumento semper vna matta accipitur, et XX. IIII. matte facient modium, et matta habebit stelam. Item scire debetis, quod si aliquis indignatur, discesserit de ciuitate vestra et persoluere debita sua noluerit, habens hereditatem in ciuitate vestra, illi, quibus soluere tenetur, hereditatem suam occupabunt et secundum formam juris ciuitatis procedent, ut ipsis persoluatur. Item si mulier relicta virum alterum legitime duxerit et pueros per primum habuerit, procuratores puerorum erunt ex parte patris, et procuratores puerorum cautionem prestabunt, quod bona puerorum non dispergant; mulier vero nullam prerogatiuam in bonis habebit, nisi suam hantroue<sup>1)</sup> et vestes suas cottidianas. Item quicumque locauerit sartagine[m] suam alteri pro aliquo precio statuto, et alter superueniens vult eam obtinere pro scensu (!) suo, ille potius eam optinebit, cuius propria est, quam ille, qui requirit pro scensu; requirat<sup>2)</sup> enim et exigat scensum suum ab illo, cui locum suum conduxit.

<sup>1)</sup> hantroue = Verlobungsring, nach Schiller und Lübben, = Mahlschatz, nach Grimm. <sup>2)</sup> Die untere Hälfte des Wortes ist weggeriffen, daher dasselbe nicht deutlich zu lesen.

Siegel nicht vorhanden.

Original im Stadt-Archiv zu Colberg s. r. (Roths) Nr. 87.

Gedruckt bei Niemann, Gesch. von Colberg, Anhang S. 6 Nr. IV.

1923.

1300 Januar 7—13. (infra octavam Epyphanie domini) in Novo Campo.

Arnold, Abt zu Neuenkamp, versichert dem Kloster Neukloster den ungeführten Besitz des Patronats über die neu erbaute Kapelle zu Below.

Uniuersis presentia visuris frater Arnoldus dictus abbas in Nouo Campo, inperpetuum. Quoniam cymiterium de nouo consecratum est et capella constructa in villa Belowe, que spectat ad parrochiam Techentin iure parrochiano, cuius parrochie ius patronatus spectat ad prepositum et conuentum sanctimonialium monasterii Campisolis, Al. prepositus monasterii prefati non inprouide formidauit, quod, quia villa ipsa Belowe a nobis tenetur in pheudo, nos aut monasterium nostrum, si forte ex prefata capella specialem constitui contingeret parrochiam, sibi et monasterio suo moturi essemus super iure patronatus futuris temporibus questionem. Vnde nobis supplicauit humiliter, quatenus, cum labilis sit memoria hominum, ipsum et monasterium suum contra heec (!) munire scripture nostre testimonio dignaremur. Nos igitur

suis iustis desideriis annuentes recognoscimus serie presentium litterarum, quod, sicut nunc ius patronatus parrochie in Techentin vna cum capella in Belowe spectat ad prepositum, qui pro tempore fuerit, et ad monasterium Campisolis, sic absque omni inpeticione nostra et monasterii nostri ius patronatus capelle Belowe remanebit ipsorum, eciam si capella in parrochiam fuerit sublimata. Testes huius sunt Reynerus plebanus in Techentin, Ywanus miles et Thidericus Man, fratres dicti de Belowe, Nicolaus miles et Wedekinus, fratres, similiter de Belowe dicti, et plures alii fide digni. Datum in Novo Campo, anno domini M.C.C.C., infra octavam Epyphanie domini.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Littera de capella Belowe.

Das Siegel von der grün- und rothseidenen Schnur abgefallen.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schmerin.

Gedruckt bei Bich, Meßl. Urk. II S. 89 Nr. 42; Meßl. Urk.-Buch IV S. 135 Nr. 2595.

1924.

1300 Januar 9. (sabbato infra octauam Epiphanie) Vkermunde.

Herzog Otto I. bestätigt dem Kloster Budagla den freien Holztrieb zu eigenem Gebrauch in der Heide um Mönkebude am Haff.

Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, vniuersis Christi fidelibus presens scriptum visuris uel auditoris in perpetuum salutem. Presencium apice litterarum recognoscimus publice et lucidius protestamur, quod nos in honorem dei et matris eius virginis intemerate, nostrorum progenitorum ac priorum peccaminum indulgenciam adipiscendam, contulimus religiosus viris domino abbati totique conuentui fratrum monasterii Vzenamensis atque stabiluimus libertatem ac graciā succidendi ligna combustibilia ad ipsorum coquinam et ad alias sollicitudines domesticas necessaria in nostra mirica apud recens mare circa locum, qui dicitur Monekebode, tempore et hora, quandocumque ipsis fuerint oportuna. Et ne a nobis, nostris officialibus et aduocatis iam premissa libertas amplius infringatur et dicti fratres uel ipsorum famuli impediuntur, presentem litteram appensione nostri sigilli munitam ipsis contulimus in tutelam. Testes huius nostre donacionis sunt Johannes nobilis comes de Guzkowe, Theodericus noster marscalcus dictus Luchto, Stango, Jo. Vrsus, Johannes Scolentin, Hermannus de Osta, Johannes de Bertekowe noster dapifer, Fridericus et Albertus de Bertekowe, milites, et quam plures alii fide digni. Datum et actum Vkermunde, sub anno domini MCCC, sabbato infra octauam Epiphanie, per manus Johannis nostre curie notarii.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De lignis in Monkebude.

Das Siegel von der gelbseidenen Schnur abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Kl. Budagla Nr. 45, Orig.-Transjunkt vom 13. Juni 1317 ebendaf. Nr. 88, Budaglaer Matrifel fol. 25 XXX B.; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 959; Bibl. der Ges. für Pom. Gesch.: Kanžow's Extract zc. fol. 121 v.

1925.

1300 Januar 10. (proxima dominica post Epyphaniam domini) in consistorio Stralessund.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor verkaufen an Arnold Bape, Bürger zu Lübeck, dessen Brüder Johann und Segebodo, und an Johann, den Sohn Segebodos

von Crispin 145 Mark Pfenn. Rente aus mehreren Dörfern und Mühlen der Vogteien Bergen und Pyatsk und im Lande Jasmond für 1450 Mark.

In dei nomine amen. Wysclauus, dei gracia Ruyanorum princeps, necnon filii nostri Wysclauus, Samborus, eadem gracia principes Ruyanorum, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ne ea, que fiunt in tempore, euanescant aut pereant tempore defluente, solent scripturarum et testium memorie commendari. Quo circa notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos, habito fidelium nostrorum maturo consilio, honesto viro Arnolde dicto Papen, cui Lubicensi, suisque fratribus scilicet Johanni, Segebodoni, et Johanni, filio Segebodonis de Crispin, rite et rationabiliter vendidimus eorumque veris heredibus jure pheodali concedimus libere absque omni seruitute perpetuo possidendos, dandos, vendendos, cuicumque voluerint, posterisque suis a generatione in generationem hereditandos pro mille marcis quadringentis marcis et quinquaginta marcis vsualium denariorum nostre monete centum marcarum redditus et quadraginta quinque marcarum dicte monete in villis nostris et molendinis infra scriptis, prout nos possedimus, cum omnibus suis attinenciis, pratis, pascuis, aquis, siluis, in terminis suis notissime distinctis: in aduocacia Moncium in Sylno XXV marcam cum pullis et ouis, in Cycoviczs XXXVI solidos de III lateribus carnis, in alia Cycoviczs XXIII solidos de II lateribus carnis, in villa Gulezyczs scilicet Tylzen et Syrzyez XVI marcas et III solidos cum pullis, ouis, lino et annona, in Wobluzs et Yaronyezs XXVI marcam cum pullis, ouis, lino et annona et III marcam in molendino ibidem, in Burenyez XIII marcam et XVIII denarios cum pullis, ouis, lino et annona, in Priceicz V marcam cum pullis, ouis, lino et annona, in Moyslecowe II marcas, in Bascouicz XII solidos de latere carnis; in aduocacia Peatsk in Parchutyecz XVI marcas III solidis minus cum pullis, ouis, lino et annona, in Blandzsaucz X marcas et XV denarios cum pullis, ouis, lino et annona; in terra Yasmond in nouo molendino Zagard III last annone equaliter bypartite, in taberna Zagard X marcas. Hos redditus supradictos in aduocacia Moncium, in aduocacia Pyatsk et in terra Yasmond venditos veris heredibus predictorum et illis, ad quos ex [alie]nacione <sup>1)</sup>, donacione, vendicione, permutacione fuerint deuoluti, concedere tenemur cum omnibus attinenciis et libertatibus supradictis. Ceterum [si] <sup>2)</sup> forte, quod absit, inter nos et ciuitatem Lubicensem aliquo tempore suboriantur dissensiones, inimicie, modis tamen prehabitis sepedictos redditus memorati viri percipere debent pacifice et quiete. Per huiusmodi dissensiones seu inimicias ipsis nolumus in suis redditibus aliquod preiudicium generari, reseruantes tamen nobis plenam ac liberam potestatem reemendi redditus supradictos pro principali summa pecunie memorate, et tunc valorem denariorum ipsis computabimus, sicut nunc valor permanet eorundem. Vt autem hec nostra vendicio et concessio in premissis perpetuam firmitatem optineant et vt sepedicte persone perfectius sint secure, presens scriptum cum annotatione testium subscriptorum nostrorumque sigillo ac filiorum nostrorum sigillis duximus muniendum. Testes Johannes Morder, Thomas cum thorace, Matheus Moltik, Johannes Wokenstede, Hinricus de Ost marscalcus, Bertoldus de Ost, Arnoldus de Vicen, Nycolaus Putbuz, Conradus Dotenberch, Theodericus Meczecowe, Fredericus de Alkun, Johannes de Damenycz, milites et consil[i]arii nostri fideles. Datum et actum in consistorio Stralessund coram consulibus, anno domini M.CCC, proxima dominica post Epyphaniam domini, epacta existente XXVIII, concurrente V, indictione XIII, presentibus pluribus hominibus fide dignis.

<sup>1)</sup> nacione. B. M. <sup>2)</sup> et. B. M.

Matrifel des Jungfernklosters zu Bergen fol. 2<sup>v</sup> Nr. 3; Bibl. der Gef. für Komm. Gesch.: Sufens Extract (Loeper Msc. 215) fol. 2<sup>v</sup>.

— Gedruft bei Fabricius III S. 115 Nr. 283.

1926.

1300 Februar 14. (XVI<sup>o</sup> kalendas Martii) Stettyn.

Das Kapitel der Marienkirche zu Stettin bezeugt, daß der Domherr Conrad von Sanne im Dorfe Ludow acht Hufen erkaufte hat, die ihm für seine Lebenszeit zustehen sollen. Nach seinem Tode sollen vier Hufen zum Unterhalt des Priesters des von Conrad und seinem Bruder Arnold in der Marienkirche errichteten Altars dienen, die Gerichtsbarkeit dieser Hufen jedoch und die übrigen vier Hufen der Domkirche unmittelbar zufallen.

Hildebrandus dei gratia prepositus, Bertrammus eadem gratia decanus totumque capitulum ecclesiae Stetyensis vniuersis hanc paginam uisuris salutem in domino Ihesu Christo. Ne acta hominum in obliuionem deueniant, necesse est ea scriptis autenticis et testibus idoneis perhennari. Notum esse uolumus et praesentibus publice protestamur, quod cum villam nostrae ecclesiae, dictam Lukow, a domino Johanne de Berthekow milite et suis fratribus emeremus et proprietatem dictae villae primo de gratia et donatione domini nostri Ottonis, illustris principis ducis Slauorum, nostrae ecclesiae optineremus, Conradus clericus, dictus de Sanne, canonicus noster, in eadem villa octo mansos suis denariis comparauit, quos ipsi Conrado cum omnibus prouentibus ipsorum, cum supremo iudicio, cum aduocatia et cum omni iure, uidelicet colli et manus, ut integraliter ad tempora vitae suae et quamdiu vixerit, ipsos octo mansos percipiat, vnanimiter contulimus in hunc modum, quod cum praefatus Conradus ab hoc saeculo migrauerit, quatuor mansi ad vsus et sustentationem sacerdotis instituti et pro tempore instituendi officiantis altare siue vicariam in nostra ecclesia a praedicto Conrado et fratre suo Arnolde de Sanne dicto, ciue in Stety, fundatam siue constructam cum redditibus et prouentibus ipsorum perpetuo pertineant, supremum iudicium, aduocatiam nostra ecclesia retinente. Alii vero quatuor mansi in toto cedent nobis, pro quibus mansi ad salutem animarum sepediti Conradi et suorum progenitorum dicendo uigilias et missas pro defunctis quater in anno solennes memorias faciemus. Vt autem haec praescripta firma perseuerent, praesentem literam super hoc sigillo nostro dedimus confirmatam. Testes huius rei sunt Hildebrandus prepositus noster, Bertrammus decanus noster, Nicolaus de Piriz, Gotfridus Dines, magister Boldevinus, Theodericus de Thilia, Christopherus, Bernardus, canonici nostri, et alii plures fide digni. Actum et datum Stetty, anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>, XVI<sup>o</sup> kalendas Martii.

Archiv des Marienstifts zu Stettin: Beglaubigte Abschrift in der Matrifel der Marienkirche (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 17; Bibl. der Ges. für Pomn. Gesch.: Diplomat. eccl. s. Mariae I Nr. 32.

1927.

1300 Februar 25. (in die beati apostoli Mathie) in Ginx.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor verkaufen den Einwohnern der Dörfer Birzeviz und Dumseviz (?) das Erbe der zu diesen Dörfern gelegenen 16 Hafenhufen, theilen die gemeinschaftliche Wiese, verzichten auf spätere Nachmessung der Acker, regeln die Abgaben-Verhältnisse und treffen Bestimmungen über die Veräußerung und Vererbung der Ländereien.

Nos Wiz. et Wiz. necnon Samborus, dei gracia principes R[uyanorum], omnibus christifidelibus presens scriptum cernentibus salutem in domino sempiternam. Cum vita hominis breuis, tempus uero longum existat, obliuio certa per successionem temporis gestorum excludat memoriam, nisi scriptis et sigillorum impressionibus roboretur. Sciant ergo tam presentes

quam futuri, quod nos de vnanimi consilio nostro et eciam de ordinacione dilecti marscalci nostri, domini Bertoldi de Ost, vendidimus hereditatem XVI vncorum adiacencium uille nostre Cyrosewitz et uille nostre Dumcitz, earundem uillarum ciuibus et eorum heredibus succedentibus cum suis terminis, cum areis, pratis, pascuis, aquis, rubis, paludibus et omnibus vtilitatibus, prout nunc habent et habuerunt ab antiquo perpetuo possidendam. Item speciale pratium, quod habent, dimidietatem huius prati uill[a]<sup>1)</sup> Cyrosewitz et dimidietatem uilla Dunecitz iure hereditario optinebit. Preterea uolumus, ut agri dictorum vncorum non debeant amplius equitari et metiri. De prefata autem hereditate prefati ciues et eorum heredes nobis et nostris heredibus de quolibet vnco quolibet anno dabunt duas marcas denariorum, quatuor pullos uel pro quolibet pullo quatuor denarios, viginti oua; linum non dabunt nec dederunt; aduocato dabunt de quolibet vnco vnum cõretz siliginis uel solidum denariorum, subaduocato dabunt vnum cõretz auene pro gustinge. Et hec summa in iam dictis ciuibus et eorum heredibus non debet minui uel augeri. Item liceat eis dictam hereditatem vendere, cambire uel propinquioribus consanguineis donare, legitimis heredibus si carebunt. Item nupcias liberas habebunt, equos et canes dominorum non tenebunt, a uecturis et procuracionibus aduocatorum et subaduocatorum erunt liberi et exempti. Vt autem hanc nostram vendicionem<sup>2)</sup> nullus inposterum infringere ualeat aut presumat, presentem literam super hoc conscriptam sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Testes huius rei sunt dominus Pritborus de Vilmentz, dominus Ny. et Thecitzza, dominus Vdo et alii quam plures fide digni. Datum in Ginxt, anno domini MCCC. in die beati apostoli Mathie.

<sup>1)</sup> uille. Cod. Rug. <sup>2)</sup> Vor vendicionem steht im Cod. Rug. donacionem, ist aber unterstrichen und damit gelöscht.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Codex Rugianus Nr. 87; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 973.

Gebrudt bei Fabricius III S. 116 Nr. 284.

1928.

1300 Februar 25. (in die beati Mathie apostoli) Stetyn.

Die Stadt Pölsig verkauft dem Kloster Jasenig sieben Hufen, genannt Knipetaf, und das Eigenthum der Mühle daselbst mit dem Recht zum Holztrieb, Fischen und Weiden.

In nomine domini amen. Scultetus, consules et scabini ac vniuersitas ciuium opidi Politz omnibus inperpetuum. Propterea scripture scribi est consuetum, ut per eas geste rei series valeat comprobari, ea propter ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum cupimus deuenire, quod propter diuersa dampna nobis illata essemus occupati multiplici onere debitorum nec ab ipsis debitis absolui possemus, quin nos de die in diem grauiora dampna facere oporteret, a nobis de communi consilio est decretum, quod vendidimus iusto vendicionis precio religiosus viris, priori et conuentui fratrum in Gobelenhagen, agros siue mansos dictos Knipetaf, qui ad septem mansos et ulterius extenduntur, quos quidem agros eisdem vendidimus cum suis terminis et hiis, que infra ipsos terminos continentur, in pratis, aquis, paludibus, paschuis, lignis et cum omni vtilitate, que infra terminos ipsorum agrorum est uel haberi poterit in futuro; vendidimus eis iudicium nihilominus maius et minus, quod in homines dictum locum inhabitantes pro tempore uel quoscunque alios infra ipsos agros forsitan delinquentes contingerit excerceri (!), necnon proprietatem molendini siti in Knipetaf cum maiori iudicio et minori, item ius secandi ligna, piscandi et sua pecora pascendi infra terminos opidi Poliz per homines dictum locum inhabitantes, siue pro tempore succedente . . prior et conuentus

in Gobelenhagen memoratos agros colere voluerint suis laboribus et expensis, ut tunc idem ius habeant in predictis, obligantes nos, successores nostros et heredes perpetuis temporibus quod debemus . . . priorem et conuentum mēmoratos warendare et firmam eis warandiam prestare de viginti marcis percipiendis de hominibus dictos agros pro tempore excolentibus, donec eosdem agros sepedicti fratres suis laboribus excolant et expensis, hoc adiecto, quod homines prelibatum locum inhabitantes debemus tamquam bona propria defendere et tueri et . . . priorem et conuentum sepius nominatos warendare inperpetuum in premissis et de omni inpeticione, que in eis moueri poterit a quacunque parte, que sepius dicta bona inpetere voluerit ratione temporis presentis, preteriti et futuri. Proprietatem quoque eorundem bonorum cum suis att[en]nenciis<sup>1)</sup> in ecclesiam Gobelenhagen cum proprietatis tytulo et cum omni iure, quod in ipsis habuimus uel nobis competere poterat, transferimus in hiis scriptis. Recognoscimus nichilominus, quod pecuniam nobis promissam pro vendicion[e]<sup>2)</sup> ipsorum bonorum, ex integro recepimus promisso nobis loco et tempore et debita nostra soluimus cum eadem. Testes huius rei et facti sunt Hyldebrandus prepositus Stetynensis, Johannes prepositus Colbergensis, Thidericus de Pulchra Tylia canonicus in Stetyn, Johannes notarius illustris ducis Stetynensis, Heynricus prepositus in Warpis, clerici, Gobeles et Thidericus Luchte marscalcus, milites, Hinricus et Thidericus, prefecti ciuitatis Stetyn, Petrus de Brakel, Johannes Wossow, Rodolphus de Pencun, Nycolaus Mulo, Gherhardus de Nouo Foro, Arnoldus Boresalle, Albertus de Poliz et alii quam plures fide digni. In cuius rei euidentis testimonium sigillum nostrum presenti scripto desuper confecto duximus apponendum. Datum et actum Stetyn, anno domini millesimo trecentesimo, in die beati Mathie apostoli.

<sup>1)</sup> attenentiis. Saf. Matr. <sup>2)</sup> vendicionis. bešgl.

Šgl. Staats-Archiv zu Stettin: Safeniger Matrifel P II Nr. 10; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. V Nr. 981.

1929.

1300 Februar 25. (in die beati Mathie apostoli) Stetyn.

Der Ritter Otto Drake und Heinrich Drake verzichten auf ihre Rechte an dem Dorfe Knypetaf zu Gunsten des Klosters Safenig.

Strenuus miles et honestus Otto, dictus Draco et Hinricus<sup>1)</sup> Draco vniuersis christifidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in domino salutem. Recognoscimus tenore presencium publice protestando, quod nos vna cum nostris heredibus, qui nunc sunt vel nasci poterunt in futuro, dimittimus et renunciamus omne ius, quod habuimus uel habere poterimus<sup>2)</sup> in futuro in villa Knypetaf, priori et conuentui in Gobelenhagen<sup>3)</sup>. In cuius rei euidentis testimonium presentem litteram scribi iussimus robore nostri sigilli communitam. Testes huius facti sunt Hildebrandus prepositus Stetinensis, Johannes prepositus Colbergensis, Thidericus de Pulchra Tylia, canonicus Stetinensis, Hinricus prepositus de Warpe, clerici, Gobeles, Thidericus<sup>4)</sup> Luchte marscalcus, milites, Hinricus, Thidericus, prefecti ciuitatis Stetyn, Petrus de Brakel, Johannes Wossow et alii quam plures fide digni. Datum et actum Stetyn<sup>5)</sup> anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> in die beati Mathie apostoli.

Ueberschrift: Priuilegium Ottonis Draken de uilla Knypetaf.

<sup>1)</sup> Heynricus. P II. <sup>2)</sup> poteramus. P II. <sup>3)</sup> Gobeleshagen. P II. <sup>4)</sup> Thydericus. P II. <sup>5)</sup> Stetin. P II.

Šgl. Staats-Archiv zu Stettin: Safeniger Matrifel P I Nr. 58, P II Nr. 69; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mser. V Nr. 982.

## 1300 März 2. (feria quarta post Innocauit) Colberg.

Der Rath zu Colberg bezeugt, daß vor ihm die Brüder Bartholomäus, Pribislaw und Matthias Porswelt dem Kloster Bukow fünf Hufen zu Bulgrin mit dem halben Zehnten und dem Erbe für 55 Mark verkauft haben.

Vniuersis Christi fidelibus praesens scriptum intuentibus consules in Colberg salutem in Christo. Scripturae testimonium ideo est necessarium, ut res gesta de memoria non labatur. Ea propter sciant vniuersi, quod nobis praesentibus Bartholomeus, Pribislaus et Mathias, fratres dicti Porswelt<sup>1)</sup>, domino Wichardo, abbati in Bucowe, totique conuentui claustris eiusdem quinque mansos in villa Bulgarin sitos cum dimidia decima eorum et cum haereditate pro quinquaginta quinque marcis monetae currentis, quos mansos dictus Bartholomeus possederat, cum omni iure, fructu et vtilitate, vti a patre ipsorum ad eos iure haereditario deuoluti sunt, rationabiliter vendiderunt. Ad warandandum<sup>2)</sup> vero dictos mansos anno et die, sicut iuris est, domino abbati et conuentui praefato dominus Tessemarus et dominus Paulus, milites, et Pribislaus juncta<sup>3)</sup> manu in nostra facie promiserunt, per istum modum videlicet, si quispiam hominum iustitiam de publico diligens infra annum et diem eosdem mansos, decimam ipsorum dimidiam cum haereditate impetere seu impedire praesumpsit, ipsa hac pro impetitione stabunt, impedimentum quodlibet amouendo, id ipsum et emtionem Pribeslau[s]<sup>4)</sup> factam, Bartholomeus similiter et Matthaes ratam habere, prout Tessen nobis dixit de Trathemin<sup>5)</sup>, promiserunt. Ad maiorem autem praemissorum notitiam nos praesentem literam cum appensione sigillorum militum, videlicet domini Vlrici de Beuenhusen, domini Thesmari de Bonin et domini Pauli, ciuitatis sigillo in signum veritatis fecimus consignari. Testes sunt dominus Johannes praepositus ecclesiae Colbergensis, dominus Hermannus de Kagendorp<sup>6)</sup>, eiusdem ecclesiae canonicus et custos, dominus Johannes de Heidebrake, dominus Marquardus de Rastorph, dominus Fridericus de Beuenhusen, milites, Tessen de Strache[*min*]<sup>7)</sup>, Lubbe<sup>8)</sup> Glasenap, Fridericus de Sundis et Stake, famuli, et alii quam plures fide digni. Acta sunt haec Colberg, anno incarnationis dominicae millesimo trecentesimo, feria quarta post Inuocauit. Datum per manum Amelungi nostri notarii, anno et die praenotato.

<sup>1)</sup> In der Matrifel steht et Porswelt. Das letztere Wort ist durchstrichen und anscheinend von Dreger übergeschrieben: Bartusewiz. <sup>2)</sup> Desgl. uerificandum. Ueberschrieben: warandandum. <sup>3)</sup> Desgl. viua. Ueberschrieben: juncta. <sup>4)</sup> In der Abschrift Pribeslaum. <sup>5)</sup> Perlschach liest Trachemin. <sup>6)</sup> Perlschach: Ragendorp. <sup>7)</sup> In der Matrifel Strachenim. <sup>8)</sup> Desgl. Lutke. Ueberschrieben: bbe.

Biblioth. der Ges. für Pom. Gesch.: Bukower Matrifel fol. 147.

Gedruckt bei Perlschach, Pommerell. Urk.-Buch S. 524 Nr. 588.

1300 März 18. (VI<sup>a</sup> feria ante Letare) Werben.

Heinrich, Bischof zu Camin, bezeugt, daß Hildebrand, Probst zu Camin, die Grenzen zwischen dem Kloster Colbatz und der Stadt Werben festgesetzt hat.

In nomine domini amen. Nos Hinricus, dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, omnibus inperpetuum. Ne igitur ea, que nostris aguntur temporibus et coram nobis precipue cum lapsu temporis a memoria hominum more fluentis aque defluant malignanciumque calumpnia



in posterum depraudentur, vtile ac necessarium esse dinoscitur, ut fide dignorum hominum aut scripture testimonio perhennentur. Hinc est, quod ad noticiam devenire cupimus vniuersorum, quod nos ob dei iusticiam necnon plurima beneficia nobis a venerabili patre domino videlicet Dithmaro abbate in Colbas ac eius sancto collegio nobis ac nostris vniuersis multipliciter cum caritatis amore exhibita discordiam et omnem rancorem controuersie, quem longo iam peracto tempore in multarum animarum periculo super distinccione quorundam terminorum ventilabatur inter ipsum iam dictum dominum abbatem et suum conuentum parte ex vna et nostros ciues de Werben parte ex altera diucius propter iusti iudicis vicionem sustinere non valentes, concordauimus vna cum venerabili patre domino Dithmaro superius memorato in virum vnum legalem et discretum, videlicet in honorabilem dominum Hildebrandum Caminensis ecclesie prepositum, qui ex utraque parte metas terminorum distingweret ac amicabiliter diffineret, ne de cetero contingeret inter eos inposterum scandalum rancoris aliquod suboriri. Qui videlicet dominus Hildebrandus supra dictus terminos distinxit inter dominum abbatem et suum conuentum nec non inter ciues nostros de Werben in hunc modum: a tribus lapidibus usque Plonam respicientes super duas quercus in campo Rischow, ab huiusdem tribus lapidibus super duos lapides in monte sitos, deinde ad tumulos paganorum et a tumulis paganorum usque ad viam, que pergitur usque Stargard. Hos iam dictos terminos non solum a domino Hildebrando assignatos, verum eciam sicut priuilegiis semotis dompni Buguzlai necnon domini episcopi Sifridi, quondam predecessoris nostri in Camyn, ac aliorum fundatorum temporalium<sup>1)</sup> nobilium principum poterunt verius demonstrare. Volumus ut perpetua gaudeant possessione pacifica et quieta. In cuius rei testimonium presens inde confectum nostri sigilli munimine scriptum duximus firmiter roborandum. Testes huius rei sunt junior comes de Euersteyn, Echardus Smelinc, Wedelstede, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Werben, anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>, VI<sup>a</sup> feria ante Letare.

Ueberschrift: Sequitur distinctio terminorum Werben, quos terminos dominus Hinricus episcopus Caminensis ob dei iusticiam distinguit.

<sup>1)</sup> In der Colb. Matr. temporum. Doch ist temporalium zu lesen. Dreger a. a. D. hat ipsorum.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbager Matrifel fol. 36<sup>v</sup> Nr. 144<sup>a</sup>; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 969.

In der Datirung obiger Urkunde liegt anscheinend ein Fehler vor, da Heinrich von Wacholz damals noch nicht Bischof war. Wenigstens erscheint noch am 13. Juni 1300 der Caminer Probst Hildebrand als Vertreter des Bischofs Petrus und in derselben Urkunde als Zeuge Heinrich von Wacholz, Archidiacon zu Demmin. Somit konnte letzterer nicht wohl schon am 18. März 1300 als Bischof urkunden. Andererseits jedoch ist zu berücksichtigen, daß die Caminer Bischofsreihe gegen Ende des 13. Jahrhunderts noch durchaus nicht festgestellt ist und mehrfach zwiefältige Wahlen gerade in dieser Zeit stattgefunden zu haben scheinen. Aus diesem Grunde ist trotz der obigen Bedenken die Urkunde hier eingereicht worden.

## 1932.

1300 März 23. (feria quarta proxima post Letare) in Tanklim.

Herzog Bogislaw IV. überträgt der Stadt Greifenberg das Eigenthum des Dorfes Dadow mit 16 Hufen.

Cautum est et discretum esse a sapientibus inuenitur, vt ea, que fiunt, scriptis authenticis et testibus perhennentur. Hinc est, quod nos Bugzlaus, dei gracia dux Slauorum Casuborumque, omnibus, quibus presentia fuerint ostentata, recognoscimus publice protestantes,

nos voluntate nostrorum heredum legitimorum et vasallorum nostrorum consensu accedente proprietatem ville Dadow cum omni utilitate, videlicet pratorum, pascuorum, aquarum, nemorum et siluarum et omnium pertinentium nunc utilium et future, que comprehensa sunt et comprehendi possunt infra veras limitationes et terminos dicte ville Dadow cum sedecim mansis ciuitati Griphenberch eo iure, quo ipsa ciuitas tenet et possidet proprietates suorum mansorum et honorum, dimisisse pacifice et quiete perpetuo possidendam. Vt autem hec dimissio proprietatis dicte ville permaneat firma et inconuulsa, presens instrumentum cum appensione nostri sigilli ipsi ciuitati Griphenberch duximus largiendum. Testes huius rei sunt honorabilis vir dominus Lambertus ecclesie Caminensis decanus, vir nobilis Jaczo comes de Guzekowe, Wluoldus de Belowe dapifer, Jo. Vrsus marscalcus, Theodericus Vrsus aduocatus, Dowot (!), Wernerus Lepel, Conradus Paganus, Hinricus de Reno et Eghardus Smeling, milites, et alii quam plures etiam fide digni. Datum per manus Theoderici, plebani sancti Nicholai in Tanklim, et [actum]<sup>1)</sup> ibidem sub anno domini M.CCC., feria quarta proxima post Letare.

<sup>1)</sup> Fehlt im Orig.-Transsumt.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Orig.-Transsumt vom 12. März 1309 s. r. I<sup>a</sup> Folio, Nr. 67. (Beim Aufgraben eines Fuchsbaues bei Greifenberg in einem glasirten Topfe gefunden, vergl. Baltische Studien XIV 2. S. 12).

### 1933.

1300 März 30. (feria quarta post dominicam, qua cantatur, Judica me deus et discerne).

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, mit seinen Söhnen Wizlaw III. und Sambor befreit das Kloster Hiddensee von der Entrichtung von Kopfpennigen, Münzpennigen und Schoß auf der Insel.

Wizslaus, dei gracia princeps Ruyanorum senior, et Wizslaus et Zambur, filii eius, principes Ruyanorum, vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Notum facimus presentibus et futuris, quod nos deo et beate Marie virgini necnon et domino abbati et fratribus abbacie sancti Nicholai in Hyddense consensu vnanimi donauimus, vt insulam prefatam Hyddense ita totaliter in omnibus liberam possideant, vt nec kōpenninghe siue muntepenninghe nec scatinge quicumque hominum in perpetuum possit vel debeat ab hominibus memoratam insulam inhabitantibus vel ab ipsis fratribus modo quolibet extorquere. In cuius rei euidentiam presentem litteram sigillis nostris fecimus sigillari. Datum anno graciae M.CCC., feria quarta<sup>1)</sup> post dominicam, qua cantatur, Judica me deus et discerne.

<sup>1)</sup> Fabricius liest tercia.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Alte Copie des 14. Jahrhunderts auf Pergament s. r. Kl. Hiddensee Nr. 67. Gedruckt bei Fabricius III S. 116 Nr. 285.

### 1934.

1300 März 31. (feria quinta ante diem Palmarum) Stetin.

Herzog Otto I. verzichtet auf die Einsprache, welche er dagegen erhob, daß der Convent der Jakobikirche zu Stettin nicht die statutenmäßige Anzahl von 12 Geistlichen umfasse, und bezeugt, daß die Kirche mit dem Dorfe Mandelkow, dem halben Zehnten zu Schönningen, den Kirchen zu Güstow und Scheune sowie der heiligen Geist- und der Michaelis-Kirche vor Stettin ausgestattet ist.

Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, vniuersis christifidelibus auditoris presentia et visuris omnis boni plenitudinem perpetua cum salute. Ne gesta inter nos et nostros fideles

rite et racionabiliter ordinata ad laudem dei imperpetuum mansura a memoria hominum euanescant, expedit ea testibus ydoneis et documentis legitimis perhennari, ut querentes, que sua non sunt, locum in eis non inueniant malignandi. Huius rei causa sciant presentes pariter et futuri, quod nos racione iuris patronatus ecclesie sancti Jacobi nostre ciuitatis Stetin impetentes dominum Conradum priorem et rectorem dicte ecclesie ex eo, quod ipse et omnes sui antecessores in diuino officio eiusdem ecclesie conuentum duodecim personarum religiosarum secundum statuta eius primeua non habuerant nec adhuc habent, nunc in ipsa causa verius et plenius expediti omnem nostram accionem et impeticionem, quam habuimus aduersus eum et habere possemus in suum abbatem totumque conuentum monachorum ecclesie sancti Michaelis extra muros prope Babenberc postposuimus relaxando et renuncciamus eidem penitus et in toto, nostrorum prudentum ac fidelium consilio mediante, numquam per nos uel per quempiam alium reuocandam hoc faciendo ad laudem dei et honorem sancte Marie virginis et beati Jacobi propter anime nostre et omnium nostrorum progenitorum remedium et salutem. Insuper liberaliter et publice profitemur, quod nostri progenitores dictam ecclesiam sancti Jacobi in Stetin cum integra villa Mandilkow (!) et dimidia decima in villa Scheninge, cum ecclesia in Gustow et ecclesia in villa Schune, simul et ecclesiam sancti Spiritus et ecclesiam sancti Michaelis<sup>1)</sup> ante nostram ciuitatem Stetin cum omnibus aliis annexis ad honorem dei et amorem sancti Ottonis, apostoli huius terre, plenarie donauerunt et omni tytulo donacionis appropriauerunt predicto domino abbati totique suo conuentui imperpetuum ab ipsis et ab omnibus successoribus eorum feliciter et libere iure proprietario possidendam. Quemcumque priorem seu rectorem dicte ecclesie vtilem et convenientem consulibus ac vniuersis conciuibus nostre ciuitatis Stetin et quotquot sibi socios in gubernamen eiusdem ecclesie instituerint, super eo sibi obtinebunt liberam optionem. In hoc nos et omnes nostri posteri contenti esse volumus et debemus, dummodo ibidem sit sufficiens regimen fidelium animarum, eandem parochiam cum omnibus sibi annexis recipiendo in nostram et omnium succedentium nobis protectionem pariter et tutelam, volentes omnia hec predicta cum nostre promocionis et emendacionis commodo nec non vigore<sup>2)</sup> nostre confirmacionis firma perpetualiter obseruare et in sempiternum statuimus obseruanda. Idcirco presens instrumentum nostri sigilli robore communitum ad maiorem euidenciam et certitudinem omnium prescriptorum domino abbati totique suo conuentui monasterii sancti Michaelis prope Babenberc duximus largiendum. Testes huius nostre confirmacionis sunt Johannes nobilis comes Gutzekow, dominus Dithmarus abbas in Colebaz, dominus Thedericus (!) prepositus in Gramsow, dominus Heinricus plebanus in Warpis, dominus Conradus de Oldegeshagen nostre curie capellanus, clerici, Thidericus Luchte noster marscalcus, Henninghus de Berthekow, Conradus de Elsholt, Wlzeke de Elsholt, Johannes de Cummerow, Rodolphus de Moringhe, milites, Heinekinus Baruotus prefectus in Stetin, Johannes abbas<sup>3)</sup>, Arnoldus de Sanne, Petrus de Brakel, Johannes Wussow, Heinricus Hake, Heinricus Diues, consules in Stetin, et quamplures alii fide digni. Actum et datum Stetin, per manum domini Johannis scriptoris nostre curie, anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>, feria quinta ante diem Palmarum.

<sup>1)</sup> nunc S. Georgii steht am Rande der Abschrift in der Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch. <sup>2)</sup> Im liber s. Jacobi steht figore, doch ist von gleichzeitiger Hand ein v übergeschrieben. <sup>3)</sup> Im liber s. Jacobi abbs, wahrscheinlich ein Schreibfehler für Albus.

Bibl. der Jakobikirche zu Stettin: Liber s. Jacobi fol. 6<sup>v</sup>; Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Bamberger Transsumt vom 20. Nov. 1459 s. r. Stadt Stettin Nr. 70.

1300 März 31. (II. kalendas Aprilis) Stetin.

Herzog Otto I. vergleicht sich mit dem Kloster Michelsberg bei Bamberg wegen des Patronats der Jakobikirche zu Stetin und bestätigt der letzteren das Eigenthum des Dorfes Mandelkow sowie ihre übrigen Güter.

Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, vniuersis christifidelibus audituris presencia et uisuris omnis boni plenitudinem perpetua cum salute. Ne gesta inter nos et nostros fideles rite et rationabiliter ordinata ad laudem dei imperpetuum mansura a memoria hominum euanescant, expedit ea testibus ydoneis firmari et documentis legitimis perhennari, ut querentes, que sua non sunt, locum in eis non inueniant malignandi. Huius rei causa sciant presentes cum futuris, quod nos ratione iuris patronatus ecclesie sancti Jacobi nostre ciuitatis Stetin omnes rixas et altercationes, habitas inter nos ex parte una et inter dominum abbatem totumque conuentum monasterii sancti Mychaelis extra muros prope Babenberch dominumque priorem Conradum ecclesie sancti Jacobi et ecclesiam in Stetin ex parte altera, simpliciter et in toto relaxauimus, renuntiantes eisdem nostrorum fidelium consilio mediante, numquam per nos nostrosque successores in postmodum reuocandas. Insuper liberaliter et publice appropriationem uille Mandelcove cum omni iudicio et sibi annexis, quam dicte ecclesie nostri progenitores appropriarunt, possidendam imperpetuum strictius confirmamus; similiter omnes redditus et bona a nostris progenitoribus forma appropriationis dicte ecclesie a[p]posita<sup>1)</sup>, que iusta et digna ratione eadem ecclesia possidet et possedit et testimonio priuilegiorum, ut iusta possideant, dictus prior vel abbas seu conuentus dicti poterunt protestari, imperpetuum concedimus possidenda, uolendo priorem seu rectorem dicte ecclesie utilem et conuenientem consulibus fore ab abbate prehabito statuendum. Quam ecclesiam cum omnibus sibi annexis recipimus et priorem eiusdem cum suis sodalibus presentibus et futuris eque nostris capellanis in nostram et omnium nobis succedencium protectionem pariter et tutelam, uolentes omnia hec predicta cum nostre promotionis et emendationis comodo firma perpetualiter obseruare. Idcirco presens instrumentum nostri sigilli robore communitum ad maiorem euidenciam et certitudinem omnium prescriptorum domino abbati totique suo conuentui monasterii sancti Mychaelis prope Babenberch, priori sepe dicte ecclesie duximus largiendum. Testes huius nostre confirmationis sunt Johannes nobilis comes de Gutzecow, dominus Ditmarus abbas in Colebaz, dominus Thydericus prepositus in Gramszow, dominus Heinricus plebanus in Warp, dominus Conradus de Oldegheshagen nostre curie capellanus, clerici, Tydericus Luchte noster marschalculus, Heningus (!) de Bertecow, Conradus de Elsholt, Volszeko de Elsholt, Johannes de Cumerow, Rodolphus de Moring, milites, Heinekinus Baruoth prefectus uniuersique consules in Stetin et alii quam plures fide digni. Actum et datum Stetin, per manus Gerhardi dicti Bükeman protonotarii nostre curie, anno domini M. tricentesimo., II. kalendas Aprilis.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Item appropriacio domini Ottonis ducis super Mandelkowe et relaxacio conuentus.

<sup>1)</sup> a posita. Original.

Das große Siegel Ottos an rothseidener Schnur anhängend.

Rgl. Staats-Archiv zu Stetin: Original s. r. Stadt Stetin Nr. 14; Stett. Arch. P I T 122 Nr. 13 fol. 298; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 967.

1936.

1300 April 2. (in vigilia Palmarum).

Die Stadt Pölitz trennt zu Gunsten des Klosters Jasenitz die sieben Hufen von Knipetaf, sowie eine Hufe und fünf Morgen von ihrem Stadtfelde.

In nomine domini amen. Consules, scultetus, scabini ac vniuersitas opidi Pölitz<sup>1)</sup> omnibus inperpetuum. Propterea scripture scribi est consuetum, vt<sup>2)</sup> per eas geste rei series valeat comprobari, ea propter ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum cupimus deuenire, quod ex maturo consilio et ex<sup>3)</sup> consensu communi mansionariorum nostrorum et tocius communitatis domino priori et conuentui de Gobelenhaghen<sup>4)</sup> et hominibus Knyptaf<sup>5)</sup> inhabitantibus dimisimus agros ex campo nostro, qui nichilominus ad septem mansos et vltterius extendantur, quorum mete et termini in riuulum, qui dicitur Koldebeke<sup>6)</sup>, rarecht directe protenduntur, [et vnum mansum, cuius termini et mete rarecht, sicut est mensuratum, ad finem mansi in fluentum, quod dicitur Luttekebeke, directe protenduntur]<sup>7)</sup> cum omni libertate et proprietate, et quinque iugera vel saltem quatuor, que emit Marquardus contra Theodericum scultetum nostrum<sup>8)</sup> iusto vendicionis tytulo, predicto eidem dimisimus<sup>9)</sup> et predictis dominis in<sup>10)</sup> Gobelenhaghen et hominibus Knyptaf<sup>5)</sup> inhabitantibus<sup>11)</sup> cum omni iure, sicut nos habuimus, perpetuis temporibus possidendis. In cuius<sup>12)</sup> rei euidentiam presentes litteras sigilli nostri robore fecimus communiri. Testes huius rei sunt Hinricus Cerntin<sup>13)</sup>, Petrus cum telo, Johannes<sup>14)</sup> Stoke, Borchardus pistor, Thidemannus Dadeke, Godeke Mõghencopste<sup>15)</sup>, Ludeman. Datum in vigilia Palmarum, anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>.

Ueberschrift: Priuilegium de agro in Knyptaf.

1) Poliz P II. 2) ut P II. 3) Fehst P I. 4) Gobelenhagen P II. 5) Knipetaf P II. 6) Coldenbeke P II. 7) Fehst in P I. 8) Hier folgt in P I: quod dicitur Luttekebeke. 9) dimissimus P I. 10) de P II. 11) habitantibus P I. 12) huius P II. 13) Cerntyn P II. 14) Jo. P II. 15) Mõghencopste P II.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrifel P I Nr. 64, P II Nr. 44.

1937.

1300 April 3. (in die Palmarum) Stetyn.

Herzog Otto I. bezeugt, daß das Kloster Jasenitz das Dorf Knipetaf mit sieben Hufen von der Stadt Pölitz gekauft hat, und befreit die Einwohner dieses Dorfes von allen Lasten.

Otto, dei gracia dux Slauorum atque Cassubie dominusque Stetinensis, omnibus inperpetuum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod villam Knipetaf<sup>1)</sup> emerunt prior et conuentus ecclesie sancte Marie in Gobelenhaghen<sup>2)</sup> ordinisque beati Augustini de consulibus, prefecto et vniuersitate opidi Puliz, sicut ipsi ab illustri principe Barnym, felicis memorie, patre nostro, habuerunt, cum agris siue mansis, qui ad septem<sup>3)</sup> mansos et vltterius<sup>4)</sup> extenduntur, quos quidem agros emerunt cum suis terminis et hiis, que infra ipsos terminos continentur, in pratis, aquis, paludibus, pascuis, lignis, cum omni vtilitate, que infra terminos ipsorum agrorum est vel haberi poterit in futuro. Emerunt nichilominus iudicium maius et minus, quod in homines dictum locum inhabitantes pro tempore vel<sup>5)</sup> in quoscunque alios infra ipsos agros forsitan delinquentes<sup>6)</sup> contingerit excerceri (!), necnon proprietatem molendini siti Knyptaf<sup>1)</sup> cum maiori iudicio et minori, item ius secandi ligna, piscandi, pecora sua

pascendi infra terminos opidi Puliz<sup>7)</sup> per homines dictum locum inhabitantes, siue pro tempore succedente prior et conuentus in Gobelenhagen<sup>2)</sup> memoratos agros voluerint colere suis laboribus et expensis, vt<sup>8)</sup> tuncque idem ius habeant in predictis, obligantes se et successores eorum et heredes, quod debent priorem et conuentum memoratos perpetuis temporibus warendare et firmam eis warandiam<sup>9)</sup> prestare de viginti marcis percipiendis de hominibus dictos agros excolentibus pro tempore, donec eosdem agros sepedicti fratres suis laboribus excolant et expensis, et quod homines de Kniptaf<sup>1)</sup> debent tamquam bona propria defendere et<sup>10)</sup> tueri . .<sup>11)</sup> priorem et conuentum sepius nominatos warendare inperpetuum in premissis. Vt<sup>8)</sup> de omni impetitione, que in eis moueri poterit a quacunque persona, que sepedicta<sup>12)</sup> bona uoluerit<sup>13)</sup> inpetere, ratione temporis presentis, preteriti et futuri, proprietatem quoque eorundem bonorum cum suis attinenciis in ecclesiam Gobelenhagen<sup>2)</sup> cum proprietatis tytulo et cum omni iure<sup>14)</sup>, quod in ipsis habuerunt vel<sup>5)</sup> eis<sup>15)</sup> competere poterat, transtulerunt in eorum scriptis et in hiis scriptis. Hanc ergo ordinacionem empcionis et vendicionis racionabiliter factam ratam obseruamus et ratificatam eisdem dominis . .<sup>11)</sup> priori et conuentui de Gobelenhagen<sup>2)</sup> litteris presentibus confirmamus, vt<sup>8)</sup> homines villam Kniptaf<sup>1)</sup> inhabitantes simili iure et eodem in omnibus perfruantur, quod de petitione siue precaria seu collecta seruicioque et de omni iure ad nos pertinente, sicut opidum Poliz homines inhabitantes sint perpetuis temporibus liberi<sup>16)</sup> et exempti, quod volumus<sup>16)</sup> de nostris successoribus et heredibus inuolabiliter<sup>17)</sup> obseruari. In huius rei testimonium et robur confirmacionis presentes litteras sigilli nostri impressione fecimus communiri. Testes huius rei sunt Hildebrandus prepositus Stetinensis, Johannes prepositus Colbergensis, Hinricus prepositus de Warpia<sup>18)</sup>, clerici, Gobelo, Thidericus Luchte<sup>19)</sup>, Wilhelmus Trampo, Otto Draco, milites, et alii quam plures fidedigni. Datum Stetyn, anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>, in die Palmarum.

Ueberschrift: Priuilegium de uilla Kniptaf.

<sup>1)</sup> Knipetaph P II. <sup>2)</sup> Gobelenhagen P II. <sup>3)</sup> sep PI und II, an beiden Stellen ist tem von späterer Hand in die gelassene Lücke nachgetragen. <sup>4)</sup> Correctur von späterer Hand P I. <sup>5)</sup> uel P II. <sup>6)</sup> delinquentes P I. <sup>7)</sup> Poliz P II. <sup>8)</sup> ut P II. <sup>9)</sup> warandam P I. <sup>10)</sup> ac P II. <sup>11)</sup> Die Punkte fehlen in P I. <sup>12)</sup> sepiusdicta P II. <sup>13)</sup> noluerit P II. <sup>14)</sup> iure P II. <sup>15)</sup> in eis P II. <sup>16)</sup> fehlt in P I. <sup>17)</sup> inuolabiliter P II. <sup>18)</sup> Warpa P II. <sup>19)</sup> Luchto P II.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Janseniger Matrifel PI Nr. 14, P II Nr. 11; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 963.

1938.

1300 April 3. (in die Palmarum) Stralessund.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor verkaufen an Segebodo, Sohn Crispins, und dessen Kinder Johann und Alwin eine Rente von 12 Last Hafer aus Wittow wiederkauflich für 480 Mark Slav. und verpflichten sich zum eventuellen Einlager nach Straßund.

Wizlauus, dei gracia Ruyanorum princeps, necnon Wizlauus et Zamborus, eadem gracia principes eorundem, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, in vero salutari salutem. Uniuersa negocia litterarum indicis aut uocibus testium mancipata ab utroque trahunt immobile firmamentum. Quocirca notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, quod nos de maturo fidelium nostrorum prehabito consilio honesto viro Segebodoni Crispini, Johanni et Aluino, filiis suis, nec non veris heredibus suis pro quingentis marchis denariorum nostre monete viginti marcis minus redditus duodecim last auene, quamlibet last pro quatuor marcis computatam, annis singulis in proximo die beati Martini de terra nostra Witowia ad pontem iuxta ciuitatem nostram Stralessund presentandas rite et racionabiliter

vendidimus et jure pheodali concedimus perpetuo sine quolibet onere seruitutis possidendos, dandos, vendendos, cuicumque voluerint, reseruata tamen nobis libera potestate reemendi redditus memoratos pro summa pecunie supradicta et tunc valorem denariorum ipsis computabimus, sicut nunc valor denariorum permanet eorundem. Insuper cuicumque hos redditus vendiderint vel donauerint illi, eosdem concedere debemus cum omnibus juribus supradictis. Ceterum si forte, quod absit, inter nos et ciuitatem Lybicensem et ciuitatem nostram Stralessund aliquo tempore suboriantur dissensiones inimicie, modis tamen prehabitis sepedictos redditus memorati viri percipere debent pacifice et quiete, per huiusmodi dissensiones seu inimicias ipsis nonnumus in suis redditibus aliquid preiudicium generari. Vt igitur hec nostra vendicio et pia concessio perpetuam habeat firmitatem, presentem paginam nostris sigillis duximus roborandam. Datum et actum Stralessund, anno domini M.CCC., in die Palmarum. Recognoscimus insuper, si aliquis fuerit defectus in memoratis redditibus, quod ciuitatem Stralessund cum militibus nostris infrascriptis intrabimus, ab hinc non exituri, quousque illum suppleuerimus defectum in fauore et amicia predictorum. Testes Henricus de Ost marscalcus, Matheus Moltik, Johannes Wokenstede, Nicholaus Putbuz, Conradus Dotenbergh, Bertoldus de Ost, Arnoldus de Vicen, Vicko de Alkun, Johannes de Daminisce, Theodericus Mezekowe, milites nostri consiliarii fideles.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Original-Transsumt vom 16. Januar 1317.  
Gedruckt bei Fabricius III S. 117 Nr. 286.

1939.

1300 April 7. (in bona quinta feria ante Pascha).

Das Kloster Jasenitz setzt die Grenzen des Besitzes Marquards von Knipetaf fest.

In nomine domini amen. Wilhelmus, dei misericordia prior ecclesie sancte Marie in Gobelenhagen, totusque conventus ibidem, ordinis beati Augustini, omnibus salutem et orationes in domino sempiternas. Propterea scripture scribi est consuetum, vt per eas geste rei series valeat comprobari, eapropter ad noticiam singulorum tam presencium quam futurorum cupimus deuenire, quod porreximus Marquardo de Knypta metas siue terminos a manso empto de cons[ul]ibus<sup>1)</sup> opidi Pulitz rarecht vsque ad riulum, qui vocatur Lutkebec, pro eodem censu viginti marcarum, qui super ceteros mansos est statutus, et easdem metas rarecht vsque ad predictum riulum curie ipsius predicti Marquardi apponimus in hiis scriptis. In huius rei euidentiam presentem paginam sigilli nostri impressione fecimus communiri. Testes huius rei sunt dominus Luchte, Hinricus prepositus de Warp, Hinricus Cerntyn de Politz et alii quam plures fidedigni. Datum anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>, in bona quinta feria ante Pascha.

Ueberschrift: Priuilegium de ailla Knypta et de distinctionibus mansorum.

<sup>1)</sup> consibus. Sas. Matr.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Jasenitzer Matrifel P I Nr. 72.

1940.

1300 April 9. (in vigilia Pasche).

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor schenken dem Kloster Hiddensee das Eigenthum von sieben Hufen auf Wittow mit allem Zubehör.

Wizlaus, dei gracia princeps Rvgianorum senior, et Wizlaus et Zambur, filii eius, principes Rvgianorum, vniuersis Christi fidelibus inperpetuum. Notum facimus presentibus et

futuris, quod nos deo et beate Marie virgini ac domino Petro abbati et fratribus in Hiddense, Cysterciensis ordinis, donauimus proprietatem septem mansorum<sup>1)</sup> in Wittouia situatorum, quos hiidem<sup>2)</sup> dominus abbas et fratres a Tessekino paruo<sup>3)</sup> comparauerunt cum omnibus suis attinenciis, uidelicet pascuis, pratis, paludibus, cum omni iudicio, iure mere proprietatis perpetue possidendos, dantes sepredictis domino abbati et fratribus liberam potestatem, ut de predictis bonis disponant, ordinent et faciant, quicquid velint. In cuius rei euidentiam presentem cedulam sigillis nostris fecimus communiri.<sup>4)</sup> Datum anno graciae MCCC, in vigilia Pasche.

Ueberschrift: Priuilegium VII mansorum in Wittouia.

<sup>1)</sup> Nach mansorum eine halbe Zeile in der Copie frei gelassen. Am Rande längs dieser Urkunde stehen die Worte: Banitze et est curia Pauli dicti Virieze. <sup>2)</sup> hii iidem. Fabricius. <sup>3)</sup> Fehlt bei Fabricius. <sup>4)</sup> muniti Fabricius.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Alte Copie des 14. Jahrhunderts auf Pergament s. r. Kl. Hiddensee Nr. 66; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 970; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Dreger, Registratur III (1300) Nr. 9.

Gedruckt bei Fabricius III S. 117 Nr. 287.

## 1941.

1300 April 12. (feria tertia in Pascha) Stetyn.

Herzog Otto I. überträgt dem Kloster Gobelenhagen das Eigenthum des Patronats des Dorfes Schwennenz.

Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie dominusque in Stetyn, omnibus inperpetuum. Recongnoscimus publice protestando, quod priori ecclesie sancte Marie in Gobelenhagen, ordinis sancti Augustini, contulimus proprietatem patronatus ecclesie ville Swinenseke cum vniuersis vtilitatibus suis atque cum omnibus vsufructibus ad ipsam pertinentibus ab antiquo. Testes huius rei et facti sunt dominus Dithmarus abbas Collobassensis, dominus Hyldebrandus prepositus Stetynensis, dominus Hinricus prepositus de Warpia, clerici, Theodericus Luchto noster marscalcus, Wilhelmus Trampo, Gherhardus de Melsholte et alii quam plures fidedigni. Ne igitur super isto alicui dubium oriatur, presentes litteras scribi iussimus robore nostri sigilli fortiter communitas. Datum et actum Stetyn, anno domini M.C.C.C., feria tertia in Pascha.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Janseniger Matrifel P II Nr. 20; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 964.

## 1942.

1300 April 17. (dominica Quasimodogeniti).

Leichenstein des Reinhard Malchow in der Kirche zu Garz a. R.

Anno domini MCCC, dominica Quasimodogeniti, obiit dominus Reichardus Malchou.

Gedruckt bei von Schwarz, Geschichte der Pomm. Rüg. Städte S. 612.

## 1943.

1300 Mai 3. (in Inventione sanctae crucis).

Die Rathmannen zu Stargard vergleichen sich mit denen zu Massow wegen der beiderseitigen Gerichtspflege.

Nos consules civitatis Stargard notum esse cupimus universis praesentia conspecturis, cum honorabilibus dominis consulibus in Massou nos esse arbitratos unanimi de consensu,



ipsum simul et eorum concives posse in nostra civitate super X marcis suis literis protestari et nos in ipsorum civitate Massou vice versa, et acquirere raptos, praedones, gutturum incisores, stratilates et maleficos quoslibet, quemadmodum sententiae Lubekcenses praedictaverint et requirunt, excludentes denique, si cuiquam hominum bonae indolis et non infami casualiter homicidium committere vel quemquam vulnerare contingeret, hunc non debere convinci, ut est praehabitu, sed excessum ipsius secundum proborum virorum consilium reformare. Igitur ut hujus rata et firma sit institutio, praesentia nostri sigilli munimine duximus munienda. Datum anno domini M.CCC., in Inventione sanctae crucis.

Original nicht zu ermitteln.

Gedruckt bei Schöttgen und Freyfig, Diplomatar. III S. 20 Nr. 30.

## 1944.

1300 Mai 6. (in die sancti Johannis ewangeliste ante portam Latinam) Cussalyn.

Die Ritter Friedrich und Ulrich, Gebrüder von Bevenhusen, übertragen dem Nonnenkloster zu Cöslin das Patronat der Kirche zu Geritz mit zwei Hufen daselbst und vier Hufen zu Schwesin, dazu zwei Hufen in Alt-Belz.

Omnibus hanc litteram visuris Fredericus et Olricus, fratres, milites, dicti de Beuenhusen, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Que aguntur in tempore, ne sequantur naturam temporis, eternari solent testibus et privilegio litterarum. Nouerint igitur vniuersi tam posteri quam presentes, quod pia deuotione requirente ob salutem animarum nostrarum, bona cum voluntate nostrorumque heredum cum consensu, jus patronatus ecclesie in Jaryz cum VI mansis, duobus mansis sitis in eadem villa et quatuor in villa Suessyn contulimus conuentui sanctimonialium in Cussalyn perpetuis temporibus libere possidendum. Item contulimus iam dictis sanctimonialibus heredum cum consensu duos mansos sitos in Belyz antiquo cum omni iure et vtilitate, pro vt nos habuimus eosdem. Ne vero presentem donationem quisquam heredum nostrorum infringere presumat, presens scriptum desuper confectum sigilli nostri firmauimus testamento. Testes huius facti sunt dominus Nicholaus eiusdem ecclesie prepositus, Johannes de Sleccen, Tessemarus de Bonyn, milites, Johannes Thuringus, Johannes de Nemere, Tesseke Manowe, Volbertus Theterowe, Herderus Holzatus, Marquardus Musenbroch et alii quam plures fide digni. Datum Cussalyn, anno domini M.CCC., in die sancti Johannis ewangeliste ante portam Latinam.

Auf der Rückseite die alte Registratur: De jure patronatus ecclesie in Yeritze.

Das erste Siegel nebst Schnur fehlt. An zweiter Stelle hängen an graueisener Schnur Fragmente des Siegels, auf welchem noch die Bevenhusenschen Einhörner zu erkennen sind.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. N. Cöslin Nr. 13<sup>b</sup>, Orig.-Transsumt vom 15. August 1377 ebenda selbst Nr. 39.

## 1945.

1300 Mai 22. (XI kalendas Junii) Clodow.

Albert, Markgraf zu Brandenburg, übergibt dem Abte zu Colbatz zahlreiche Güter und Seen zur Stiftung des Klosters Himmelftedt (bei Landsberg).

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Quia sedentis in solio maiestatis in excelsis sunt deliciae in hac valle miserie etiam cum fili[is] hominum habitare, vt sedulis

secretariorum suorum precibus exoratus misericordiam querentibus de pietatis sue habundantia copiosius largiatur, nos Albertus, dei gratia marchio Brandenburgensis, recognoscimus et in publicam noticiam deuenire cupimus singulorum, quibus presentes fuerint recitate, quod de bonis nostris ab ipso dominantium domino temporaliter nobis datis in terra nostra, in quantum humana sinit fragilitas, mansionem sibi placitam preparare ac cultum sancti sui nominis ampliare toto cordis<sup>3)</sup> desiderio cupientes cum consilio et auxilio reuerendi patris domini Dithmari, Colbatzensis<sup>4)</sup> ecclesie abbatis, ad laudem et gloriam eiusdem dei omnipotentis eiusque matris Marie virginis perpetue, ad salutem quoque animarum, nostre videlicet ac progenitorum, filiorum, heredum ac successorum nostrorum in restaurum dampnorum, si qua ecclesia<sup>5)</sup> Colbatzensis per nos uel nostros progenitores aut filios aut vasallos nostros aliquos nostro nomine sit perpressa, nouelle plantationis fundauimus ecclesiam ordinis Cistertiensis, quam appellauimus Locum Celi, ipsamque subscriptis dotauimus bonis nostris et ecce donauimus eidem ecclesie Loco Celi villas subscriptas, videlicet Clodowe<sup>6)</sup>, curiam Creuesdorp<sup>7)</sup> cum suis pertinentiis et distinctionibus infrascriptis: Zanzin<sup>8)</sup>, Hinrkesdorp<sup>9)</sup>, Martensdorp<sup>10)</sup>, Niendorp, Rasleusdorp<sup>11)</sup>, Hoenwolde<sup>12)</sup>, Lyuenowe<sup>13)</sup>, Tornow, Beyrstorp<sup>14)</sup>, Steueniz, Vitzenn<sup>15)</sup>, Pirene<sup>16)</sup>, Genyn et Loppowe; stagna quoque subscripta, videlicet integrum stagnum paruum Cartzick<sup>17)</sup>, integrum stagnum magnum Cartzick<sup>17)</sup>, item medietatem stagni Rokith<sup>18)</sup>, item integrum stagnum paruum Stechow<sup>19)</sup>, item integrum stagnum Lupenitz<sup>20)</sup>, item integrum stagnum Züch<sup>21)</sup>, item medietatem stagni parui Lubsze<sup>22)</sup>, item medietatem magni Lubsze<sup>22)</sup>, item medietatem stagni Jezerik<sup>23)</sup>, item integrum stagnum Greden, item integrum stagnum Clodow, item integrum stagnum Czanzin<sup>8)</sup>, item integrum stagnum Muceltyl, item integrum stagnum Parentz<sup>24)</sup>, item integrum stagnum Colpin, item integrum stagnum Pranden. Omnia stagna hec et villas predictas cum curia Creuetsdorp pr[e]dicta<sup>25)</sup> cum omnibus agris cultis et incultis, nemoribus, siluis, venationibus, paludibus, pratis, pascuis, molendinis jam constructis et<sup>26)</sup> processu temporis construendis, aquis et riuis ac piscationibus ac etiam omnibus libertatibus et immunitatibus, quas predicta Colbatzensis<sup>4)</sup> ecclesia in bonis suis habere consueuit, scilicet in villis et villanis, aurifodinis, argentifodinis, ferrifodinis, salinis seu cuiuscumque fuerit utilitas eris et minere cum omnibus vsufructibus<sup>27)</sup> seu prouentibus, cum iure patronatus ecclesie villarum<sup>13)</sup> cuiuslibet premissarum<sup>28)</sup> ac omni iure temporali et spiritali, maiori videlicet et minori. Insuper etiam, vt<sup>2)</sup> schulteti<sup>29)</sup> dicti<sup>30)</sup> claustrii Loci<sup>31)</sup> Celi fures et malefactores secundum sua puniant demerita, item ut schabinos<sup>32)</sup>, qui vulgariter<sup>33)</sup> lantschepen dicuntur, pro ipsius ecclesie iuribus defendendis in ipsa abbacia vicissim vel<sup>34)</sup> simul instituant et sic institutos perpetualiter habeant et conseruent et generaliter omnia bona predicta et subscripta, sicut<sup>35)</sup> ea a progenitoribus seu antecessoribus nostris possedimus, sine precaria ac omni seruitio communi ac<sup>34)</sup> priuato eidem ecclesie Loco Celi pure donauimus propter deum iusto libertatis et proprietatis titulo perpetuo possidenda, excepto quod redditus mellis per abbatem ecclesie eiusdem<sup>36)</sup> annis singulis nobis dandos nobis tantummodo reseruauimus in eisdem, adicientes, quod ciues villarum Vitzenn<sup>15)</sup>, Pirene et Genyn, propriis contenti limitibus, nec pecudibus nec aliis metas nostre merice attingent, nec ligna a[u]ferent<sup>37)</sup>, nisi specialiter cum nostra fuerit voluntate. Preterea distinctio proprietatis eiusdem nostre foundationis ecclesie ad curiam Creuetsdorp pertinentis est hec: riuum Clodow a curia Creuetstorp ascendendo vsque ad locum, vbi riuus Stechow in riuum Clodow<sup>6)</sup> predictum incidit, item eundem riuum Stechow ascendendo vsque ad locum, vbi riuus ex mortua palude<sup>38)</sup> in ipsum Stechow incidit, item riuum mortue<sup>39)</sup> paludis iterum ascendendo usque ad curuam<sup>40)</sup> tiliam, item a curua<sup>41)</sup> tilia ferri paludem ascendendo usque ad viam Tancow<sup>42)</sup>, item ab eodem loco in alia parte vie riuum

paludis, que vulgariter <sup>33)</sup> lūch dicitur, iterum ascendendo usque ad <sup>43)</sup> paludem Lozsten [rium Lozsten descendendo] <sup>44)</sup> descendendo vsque ad campum Clodow, et notandum, quod ad omnem dissensionis <sup>45)</sup> materiam, que inter nos et nostros successores ex vna et fratres eiusdem ecclesie parte ex altera suboriri posset, futuris temporibus destruendam omnes riuos distinctionis prehabite integraliter cum vtroque littore eidem ecclesie donauimus propter deum, renunciantes omni iuri, quod in bonis eiusdem distinctionis et aliis prehabitis habuimus et <sup>26)</sup> habere dinoscimur, nichil iuris in eisdem nobis et nostris successoribus reseruantes, nisi quod redditus mellis <sup>46)</sup> reseruauimus ad tempora vite nostre. Vt autem dicta nostra fundatio et donatio inuiolabiliter per nos et nostros successores perpetuo obseruentur, presentes inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus communiri. Testes quoque premissorum sunt hii: dominus Hermannus prepositus in Landesbergh <sup>47)</sup>, dominus Johannes decanus ecclesie in Soldin, dominus Bruno de Berlin <sup>48)</sup>, magister Johannes de Demyn, dominus Baldewinus de Bernow <sup>49)</sup>, cappellani nostri, Warnerus et Luppoldus <sup>50)</sup> Albi, Reyneko <sup>51)</sup> de Wulkow <sup>52)</sup>, Warnerus Splinter et Albertus <sup>53)</sup> de Brunkow <sup>54)</sup>, milites, Zabellus et Henningus de Maruitz <sup>55)</sup>, Vromoldus de Wotsicke <sup>56)</sup>, Heiszo <sup>57)</sup> de Cloden <sup>6)</sup> et Reyneko <sup>58)</sup> de Golin <sup>59)</sup>, tunc <sup>60)</sup> aduocatus noster, et quam plures alii fidedigni. Actum et datum Clodow <sup>6)</sup>, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo <sup>61)</sup>, indictione decima tertia <sup>62)</sup>, epacta vicesima octaua <sup>63)</sup>, concurrente V, XI kalendas Junii, per manus <sup>64)</sup> Johannis, tunc <sup>65)</sup> curie nostre notarii.

<sup>1)</sup> filius. Transjunt. <sup>2)</sup> ut. C. M. <sup>3)</sup> corde. C. M. <sup>4)</sup> Colbacensis. C. M. <sup>5)</sup> ecclesie. C. M. <sup>6)</sup> Cladow. C. M. <sup>7)</sup> Creuetstord. C. M. <sup>8)</sup> Zansin. C. M. <sup>9)</sup> Hinriksdorp. C. M. <sup>10)</sup> Mertensdorp. C. M. <sup>11)</sup> Razleuesdorp. C. M. <sup>12)</sup> Hoghenwolde. C. M. <sup>13)</sup> Fehlf in C. M. <sup>14)</sup> Beyersdorp. C. M. <sup>15)</sup> Vitz. C. M. <sup>16)</sup> Pyrene. C. M. <sup>17)</sup> Carck. C. M. <sup>18)</sup> Rokit. C. M. <sup>19)</sup> Stethowe. Transjunt. <sup>20)</sup> Lupeniz. C. M. <sup>21)</sup> Zoch. C. M. <sup>22)</sup> Lubbesse. C. M. <sup>23)</sup> Jeserik. C. M. <sup>24)</sup> Parenz. C. M. <sup>25)</sup> predicta. Transjunt. cum curia circa Creuesdorp cum omnibus. C. M. <sup>26)</sup> uel. C. M. <sup>27)</sup> usufructibus. C. M. <sup>28)</sup> premissorum. C. M. <sup>29)</sup> sculteti. C. M. <sup>30)</sup> predicti. C. M. <sup>31)</sup> Loco. C. M. <sup>32)</sup> scabinos. C. M. <sup>33)</sup> wlgariter. C. M. <sup>34)</sup> uel. C. M. <sup>35)</sup> sicud. C. M. <sup>36)</sup> eiusdem ecclesie. C. M. <sup>37)</sup> afferent. Transjunt. imd C. M. <sup>38)</sup> pallude. Transjunt. <sup>39)</sup> morte. C. M. <sup>40)</sup> curiam. Transjunt. <sup>41)</sup> curia. Transjunt. <sup>42)</sup> Tanchow. C. M. <sup>43)</sup> in. C. M. <sup>44)</sup> Fehlf im Transjunt. <sup>45)</sup> dispositionis. Transjunt. <sup>46)</sup> mellis redditus. C. M. <sup>47)</sup> Landesberghe. C. M. <sup>48)</sup> Berlyn. C. M. <sup>49)</sup> Barnow. C. M. <sup>50)</sup> Lippoldus. C. M. <sup>51)</sup> Reyneke. C. M. <sup>52)</sup> Wulcow. C. M. <sup>53)</sup> Albernus. C. M. <sup>54)</sup> Brunow. C. M. <sup>55)</sup> Mervitz. C. M. <sup>56)</sup> Wutck. C. M. <sup>57)</sup> Heyso. C. M. <sup>58)</sup> Reymeke. C. M. <sup>59)</sup> Golyn. C. M. <sup>60)</sup> Fehlf in C. M. <sup>61)</sup> M<sup>o</sup>CCCC. C. M. <sup>62)</sup> XLII. C. M. <sup>63)</sup> XXVIII. C. M. <sup>64)</sup> manum. C. M. <sup>65)</sup> tunc Johannis. Transjunt.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original-Transjunt vom 26. Juni 1491 s. r. Nf. Colbaß Nr. 28<sup>a</sup>; Colbaßer Matrifel Nr. 215 fol. 66 (Ueberschrift: Confirmacio domini Alberti, dei gracia marchionis Brandenburgensis, de tota proprietate ecclesie Colbacensis siue fundacio monasterii Hemmelstede in restaurum dampnorum, si qua ecclesie Colbacensi per nos uel nostros progenitores etc.); Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 976.

Gedruckt bei Gerden, Cod. dipl. Brand. II 313; Niebel, Cod. dipl. Brand. I 18 S. 371 Nr. 5; Metze, Regesta Neomarch. I S. 60.

1946.

1300 Mai 23. (decimo kalendas Junii) Stetyn.

Herzog Otto L. giebt dem Priester Johann de Fonte (von dem Borne) das Eigenthum von acht Hufen zu Schwowow zum Unterhalt des Priesters am Altar S. Johans des Euangelisten in der Kirche zu Greifenhagen.

In nomine domini amen. Otto, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, omnibus presens scriptum visuris salutem. Omnia incerta et variabilia dinoscuntur et nichil est sub lunari globo, cuius certitudo poterit annotari. Ideoque necessarium comprobatur, vt acta pietatis,

que perpetuo sunt tempore duratura, adeo instrumentis et testibus validis roboventur, ne in posterum labente tempore mutari valeant aut infringi. Hinc est quod notum esse volumus presentibus et futuris, quod octo mansos sitos in Zvochove cum omni fructu et vtilitate suorum prouentuum qualibetque libertate exactionum precariarum, nisi forte cum omnia bona tocuis terre, qualitercunque libere infeudata fuerint, ad necessitatem terre exactionem soluere contingerit, liberos ab omni solucione cum terminis suis plenis et perfectis, pascuis, pratis, piscationibus et lignorum adquisicionibus ad sustentacionem sacerdotis officiantis altare beati Johannis ewangeliste in Griphenhaghen in ecclesia sancti Nycolay situm pure et simpliciter propter deum et in honorem matris eius Marie virginis gloriose ac beati Johannis apostoli et ewangeliste obque nostrorum remedium peccatorum tytulo donacionis erogauimus et eorundem mansorum proprietatem damus et dedimus in hiis scriptis, adiecta hac condicione, quod sacerdos officians dictum altare ter in septimana dicat missam pro fidelibus defunctis, videlicet secundis feriis et quartis et sextis nominatim orans in canone pro patre nostro et fratre, diebus autem sabbatis singulis dicet missam de domina nostra orans pro nobis et omnibus, qui ad memoratum altare suas elemosinas erogarunt. Volumus eciam, ut si excessus aliquis in bonis dictorum mansorum contingerit, iudex ville iudicans de eodem, si emenda pecuniaria pro ipso soluetur, sacerdos sepedicti altaris tollat dicte emende duas partes, iudex autem terciam sumat, impedimentis omnibus amputatis. Istos redditus et alios Johannes sacerdos dictus de Fonte pro suis comparauit denariis pro suis delictis et suorum negligenciis amicorum. Testes huius sunt Hildebrandus prepositus Stetynensis, Bertrammus decanus, Conradus de Sanne, magister Baldewinus, canonici Stetynenses, Theodericus de Delen et Conradus et Johannes de Lindowe, nostri capellani, marscalcus noster Lucto, Stango, Otto Draco, Wylhelmus Trampo, Gernandus de Massowe, Rodolfus et Jacobus cum thorace, milites, et alii quamplures clerici et layci fide digni. Vt autem hec donatio firma et inuariabilis cuncto tempore perseueret, presentem paginam inde confectam nostro sigillo dedimus roboratam. Datum et actum Stetyn, sub anno domini M. trecentesimo, decimo kalendas Junii.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Octo mansi in villa Zvochove ad altare Johannis de Fonte sacerdotis in Gryphenhagen.

Siegel nebst Schnur nicht mehr vorhanden.

Bibl. der Gef. für Pom. Gesch.: Original in der Voeperschen Bibliothek Mscr. 7 Nr. 27; Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Orig.-Transsumt vom Jahre 1442 s. r. Mlg. geistl. Urkunde Nr. 92; Archiv des Marienstifts zu Stettin: Matrifel (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 123 v, 125 v.

Vergl. Baltische Studien VIII 2. S. 161.

1947.

1300 Juni 1 (2). (ipso die Marcellini et Petri martirum beatorum, kalendas Junii) Malghyn.

Nicolaus, Fürst zu Werle, bestätigt dem Nonnenkloster Jvenac die Güter und Freiheiten in seinem Lande.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Nicolaus dei gracia, dictus de Werle, vniuersis, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem et in omnibus bonam voluntatem. Virorum nobilium et prudentum industria exigit et requirit, ut eorum facta voluntaria et cum racione liberaliter patrata taliter memorie commendentur, ne temporum vetustate consumpta iacturam senciant obliuionis et labente tempore a rerum memoria labantur et euanescant et

sic fortasse deficientibus factorum talium personis et heredibus in nichillum (!) transeant et obliuionis perpetue calumpniam sorciantur. Nichil quidem in rerum natura cercius vera firmitate ac stabilitate cognoscitur, nam facti veritas et certitudo omnia temporat (!), vniuersa disponit et metitur. Hinc est, quod scire volumus vniuersis Christi fidelibus, quod perspectis litteris ac priuilegiis dominarum et (!) dilecto nobis in Christo cenobio sanctimonialium Yuenak nunceupato hiis mediantibus: dilectis nobis militibus Frederico, dicto de Keredorp, necnon Hynrico, dicto Wlpe castellano in Stouenhaghen, nichil in eis reperientes, quam omnem veritatem vere proprietatis et iuridiciones maiores et minores cum omni vtilitate, cum quolibet vsufructu contento infra terminos et per terminos, prout se exstendunt (!) in latum et in longum, villarum dicimas (!) et mansorum sparsim et diuisim iacensium in thema (!) Stouenhaghen, quorum uel quarum hec nomina exprimuntur: primum est ipsa villa Yuenak, in qua situm est ipsum claustrum cum omnibus attinenciis pertinentibus ad eandem uillam, cum iure seculari maiori et minori, cum quolibet usufructu, cum stagno adiacente, cum omnibus pertinentiis suis, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, aquis, aqueductis aquarumque decursibus, cum mollendinis (!) constructis et construendis; insuper omnes insulas adiacentes usque in Bosepol, quas fundatores dicto monasterio, dominus Reybernus et dominus Rauen, contulerunt: omnia confirmamus et priuilegium signatum eorum sigillo uidisse in testimonium protestamur. Item proprietates villarum et iuridiciones, quas venerabilis dominus Warzlaus, dux Dymin[ensis] felicitis recordacionis, dictis contulit dominabus, sua confirmacione pariter stabilinuit, confirmamus et donamus eciam dictis monialibus in Yuenak, ordinis Cysterciensis, omnes insulas adiacentes usque in Bosepol cum quadraginta mansis, cum stagno adiacente et piscacione integraliter perpetue possidenda. Huius termini ad riwllum Gherberti protenduntur. Villas eciam parroghyales (!), quarum hec nomina exprimuntur: Soldickendorp, Grissekow, Ankun, Ritzerowe, Kossecendorpe, Clocowe et vtrumque Bosepol, prout cenobium iam predictum a nostro predecessore (!) optinuit, aut quidquid in hiis habuisse dinoscitur, concedimus quietando et confirmamus perpetue feliciter possidenda. Omnem eciam iuridicionem, quam alia claustra siue cenobia in terra nostra habere dinoscuntur, eidem loco attribuimus et predictis conferimus dominabus. Item proprietatem uille Wrodow, quam contulit venerabilis dominus Barnym, dux Slauorum, eisdem monialibus cum qualibet utilitate et quolibet fructu, cum mollendinis (!) constructis et construendis, cum aquis, stagnis, piscacionibus, rewlis (!), pratis, siluis, nemoribus, pascuis, agris cultis et incultis, cum quolibet iure et omni usufructu contento infra terminos et per terminos dicte uille eciam condonamus et confirmamus cum omni pacis tranquillitate iugiter possidenda. Item vndecim mansorum proprietatem, quam contulit venerabilis dominus Barnym, dux Slauorum, in villa Hassendorp iam sepedictis dominabus cum omni vtilitate et quolibet alio vsufructu, concedimus eisdem et donaciones confirmamus predictas iugiter possidendas. Item donaciones nostri dilecti auunculi domini Bugzlay, ducis Slauorum, proprietates ville Soldickendorp confirmamus et stabilimus, omnem eciam iuridicionem, cum eiusdem attinenciis omnibus contentis infra terminos et per terminos, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, (pascuis,) paludibus, agris cultis et incultis, concedimus eisdem monialibus, ancillis Christi, quiete possidenda. Item condonaciones nostri dilecti auunculi, domini Bugzlay ducis Slauorum, et confirmaciones apud nobis dilectis (!) in Christo abbatissam et conuentum sanctimonialium in Yuenak super omnia bona eciam condonamus eisdem et confirmamus omnes proprietates siue iuridiciones, quas possident in terra Stouenhaghen, sicut a nostro predecessore habuerunt, pro salute anime nostre, in remissionem nostrorum peccaminum, ut pro nobis eo magis sint obligate ad orandum, videlicet proprietates villarum Yuenak, Sol-

dickendorp, Vorneholt, Grissow, Clocow, Wrodow, Lyndenbergh, Hylleuelde, similiter et duorum mansorum in Chodyn et VIII mansorum in Kerstendorpe et X mansorum in Pinnow et decimas XI mansorum in Gustekow, quas venerabilis episcopus Hermannus vno (!) cum capitulo suo Caminensi feliciter confirmavit. Insuper protestamur ad ipsas moniales liberum pertinere arbitrium, ut in dominio nostri avnculi, ducis Slauorum domini Bugzlay, centum mansorum proprietates, vnicumque procedente tempore eas prece aut precio poterint comparare, et hoc cura pratis, pascuis, siluis, paludibus, aquis aquarumue decursibus, agris cultis et incultis, et cum omnibus attinenciis, prout infra et per terminos protenduntur in latum et in longum. Item sane notum esse volumus vniuersis Christi fidelibus, quod villam Clocowe cum omni proprietate et cum omni iudicio maiori et minori, quam contulit dominus Bugzlaus, noster avnculus predilectus, abbatisse et conuentui in Yuenak, ordinis Cisterciensis, cum cognicione cause eciam conferimus eisdem. Et has donaciones confirmamus, eas possidentes (!) cum quolibet libertate et cum quolibet usufructu, cum omni vtilitate et prouentu, qui in predicta uilla nunc sunt aut qui in perpetuum fieri poterint uel acquiri, ita ut de hiis ecclesia Yuenak et persone eiusdem in sempiternum gaudeant ea possidentes perpetua libertate. Igitur, cum omnis spiritalis (!) donacio tradita (!) alicui cenobio siue clauastro, siue sint ville siue proprietates villarum aut mansorum seu cuiuscumque, confirmacionibus episcopi illius dyocesis cognoscimus subiacere, recognoscimus publice et protestamur, omnium villarum mansorum sparsim et diuisim iacencium in terra Stouenhaghen nos uidisse confirmaciones venerabilis episcopi Hermannii Caminensis suo sigillo signatas vna cum sigillo sui capituli ecclesie prenotate. Super omnia recognoscimus, ad ipsas pertinere decimas quatuor mansorum pertinentes ad easdem moniales, mansi adiacentes vtrumque Remplyn maiori et minori, decime ipsis tradite ab eodem episcopo cum omni vtilitate et prouentu ac quolibet usufructu, ut exinde in possessione largiori moniales in Yuenac eo studiosius ac deuocius domino famulentur. Ceterum quatuor mansos sites in ipsa uilla Yuenac, ad quos dominus Draco marscalcus et sui heredes habebant expectationem, cum mollendino (!) pertinenti ad eosdem mansos apud dictam villam Yuenac perpetua pace confirmamus et tytulo appropriacionis condonamus. Vt hec igitur nostra tam salutifera donacio nostrorum progenitorum atque nostra confirmacio omnium bonorum prescriptorum et omnia rata et perpetua perseuerent, presentibus nostrum sigillum in testimonium duximus appendendum. Testes huius rei sunt Fredericus de Kerodorpe, Hinricus Wlpis castellanus in Stouenhaghen, Arnoldus de Sconeuelde, Fredericus Wlpis, Hinricus Wlpis filius eius, Conradus Wlpis castellanus in Stouenhaghen, Johannes Wlpis castellanus in Dymin, Vicko Wlpis, Vicko de Palude, Johannes de Gholtstede, Johannes de Ghutsekowe, milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Malghyn, anno domini MCCC, ipso die Marcellini et Petri martirum beatorum, kalendas Junii.

Siegel an gelb-, grün- und rothseidener Schnur anhängend (nicht gelb und weiß).

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meßl. Urk.-Buch IV S. 154 Nr. 2614. (In demselben fallen die zahlreichen Sprachfehler auf; „doch ist die Schrift unverdächtig und das Siegel des Fürsten Nikolaus von Werle giebt ebensowenig zum Verdachte gegen die Echtheit Veranlassung.“)

1948.

1300 Juni 2. (ipso die Marcellini et Petri martirum beatorum) in castro Stouenhaghen.

Der Ritter Friedrich Boß schenkt dem Kloster Yuenack neun Hufen im Dorfe Kenzlin, giebt seine Tochter Elisabeth in das Kloster mit einer Mark Rente aus diesen Hufen auf Lebenszeit und sich selbst

in eine Præbende mit Wohnung und Kost bei dem Kloster, und bestimmt nach seinem Tode diese neun Hufen zur Dotirung eines Altars in der Klosterkirche zum Gedächtniß seiner Familie.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Fredericus miles, dictus Wlpis, omnibus inperpetuum. Quoniam ea, que procedunt ex ordinacione mortalium, caduca sunt et minus firma et procedente tempore vergunt in obliuionem, necesse est ea scriptis commendari et honorum testimoniis roborari. Nouerint igitur tam presentes quam postere naciones, quod de consensu meo et de bona voluntate heredum meorum dilectorum . . . preposito, . . . abbatisse, . . . priorisse totique conuentui sancte Marie virginis in Yuenac, ordinis Cysterciensis, nouem mansos contuli in villa, que dicitur Kencelyn, cum [omni] <sup>1)</sup> vtilitate et prouentu, cum iudicio maiori et minori, cum quolibet vsufructu, cum pratis, pascuis, siluis, nemoribus, aquis, riwliis, aqueductis aquarumue decursibus, cum omnibus pertinenciis contentis infra terminos et per terminos eorundem, cum integra annuali pensione, sub hac forma. Quoniam (cum) iuridicionis debitum exigit, eligentibus vitam laudabilem atque religiosam omnibus digno iuuamine non deesse, sed tocius solaminis subsidia, que possit (!), pocius ministrare, vt, cum ad necessitatem valeant temporalia, fiducialius appetant sempiterna: hiis itaque consideratis et perspectis, et cum per psalmistam dicitur: „Seruite domino in timore“ et cetera, et alibi: „Qui renu[n]ctiet <sup>2)</sup> hiis voluptatibus et que possidet, hic aptus erit regno dei“, in hoc nomine eligo habitacionem, conuersacionem, mansionem meam vna cum filia mea Elizabet apud predictum monasterium Yuenac nuncupato (!) in modum conuencionis prebendarum, ita ut et filia mea habitum reli[gi]onis <sup>3)</sup> suscipiat et eidem ab eisdem ancillis Christi sepedictis ministretur. Filie enim mee post suscepcionem habitus vna marca denariorum ab eisdem nouem mansis pretaxatis siue a redbitus eorundem ministretur, vt in possessione largiori valeat sibi eo facilius necessaria procurare. Ceterum quoque michi ad sustentacionem vite humane ex coquina prepositi et conuentus due scultelle cibariis decenter ordinate, vna in modum scultelle prepositi, reliqua <sup>4)</sup> in modum suorum familiarium procurentur, ita ut exinde humana fragilitas sustentetur. Igitur omne seruicium, quod exigitur ab eisdem mansis respectu dominorum terrarum, filii mei adinplebunt et erunt seruietes vel viciniore heredes mei pro eisdem, quoadusque proprietatem vere iuridicionis ipsis dominabus valeant ordinare. Item post mortem ac sepulturam meam et post migracion[em] <sup>5)</sup> vie carnis vniuerse hii nouem mansi siue redditus eorundem ordinentur ad altare construendum in ipso sepedicto monasterio, vt mei memoria et vxorum mearum videlicet Cente et Salburghy (!) et meorum progenitorum pariter et heredum eo fiducialius habeatur de eodem. Vt autem hec tam salutifera ordinacio incontaminata ac incorrupta perseueret et ad maiorem euidenciam permanendam, presentibus nostra sigilla ego Fredericus dictus Wlpis, Arnoldus de Sconeuelde, Fredericus de Kerodorpe, Vicko de Palude, Hinricus castellanus in Stouenhaghen, Hinricus filius meus, Hinricus Wlpis de Lyndenberch, Johannes de Ghutzekowe, milites, Johannes filius meus dictus Wlpis, digna duximus appendenda. Datum et actum anno domini MCCC, ipso die Marcellini et Petri martirum beatorum, in castro Stouenhaghen.

<sup>1)</sup> Unleferlich. Original. <sup>2)</sup> renuctiet. Desgl. <sup>3)</sup> reionis. Desgl. <sup>4)</sup> reliquam. Desgl. <sup>5)</sup> migracionis. Desgl.

Das 1., 4., 5., 6., 8., 9. Siegel anhängend.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meßl. Urk.-Buch IV S. 157 Nr. 2615.

## 1300 Juni 11. (in die beati Barnabe apostoli) in ciuitate Demyn.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, bestätigt der Stadt Demmin freie Schifffahrt auf der Peene und das Eigenthum der Hälfte des Bruches Crozna.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Wysclaus, dei gratia Ruyanorum princeps, omnibus inperpetuum. Cum humana fragilis sit memoria, expedit (!) vt principum acta, ne obliuioni tradantur, scripture testimonio perhennentur. Hinc est, quod notum esse volumus vniuersis presentibus et futuris, nos de maturo fidelium nostrorum consilio dedimus ciuitati Demyn et eius inhabitatoribus omnes libertates, quas in flumine dicta Penae <sup>1)</sup> progenitorum nostrorum temporibus habuerunt, volentes quod predictum flumen vniuersis mercatoribus ad memoratam ciuitatem cum suis bonis <sup>2)</sup> applicantibus clausuris aliquibus et structuris nullatenus precludatur in aliqua parte litoris nec arcetur, sed omnibus nauigantibus perpetuo sit patulum et in nullo penitus sit preclusum. Ceterum recognoscimus per presentes, quod limites nostri territorii et dicte ciuitatis Demyn in palude dicto (!) Crozna taliter perpetuo debent esse distincti, quod medietas paludis vna ad territorium nostrum et alia medietas ad proprietatem sepedicte ciuitatis Demyn debet perpetuo <sup>3)</sup> permanere et sic omnia premissa relinquimus nostris successoribus obseruanda. Vt igitur huius donationis nostre libertas et singula supradicta eternam optineant firmitatem, presentem paginam annotatione testium ac nostro sigillo duximus roborandum. Datum in ciuitate Demyn, anno domini M.CCC., in die beati Barnabe apostoli, presentibus domino Buguzlao, duce Sclauorum, domino Henrico Magnopolensi, domino Nicolao de Werle, nec non consiliariis nostris et aliis hominibus fide dignis.

<sup>1)</sup> Fabricius: Pena. <sup>2)</sup> Desgl.: nauibus. <sup>3)</sup> perpetuo steht zweimal im Original.

Das Siegel von der grünseidenen Schnur abgefallen.

Original im Stadt-Archiv zu Demmin s. r. A. Nr. 4, Original-Transsumt vom 21. Dezember 1338 ebenda s. r. B. Nr. 7; Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 971.

Gedruckt bei Fabricius III S. 118 Nr. 288; Meff. Urk.-Buch IV S. 159 Nr. 2616 (Auszug); Sanj. Urk.-Buch I S. 452 Nr. 1346 (Regest).

## 1300 Juni 13. (proxima secunda feria ante festum Viti martiris gloriosi) Stolp.

Das Kloster Stolp einigt sich mit den Brüdern Rudolf und Johann von Neuentirchen über das Patronat der Kirche zu Neuentirchen.

Godfridus, diuina miseratione abbas monasterii sancti Johannis baptiste in Stolp, Jacobus prior totusque eiusdem ecclesie conuentus omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in domino Jhesu Christo. Quando res gesta mandatur litteris, vniuersa calumpnie prouenitur materia et non datur litis occasio successori. Nouerint igitur vniuersi tenorem presencium inspecturi, quod in presencia domini Nycolai, plebani in Cumberow, iudicis delegati ab honorabili viro domino Hyldebrando, scolastico Camynensi, uices gerente reuerendi patris domini Petri episcopi Camynensis, omnis rancor et discordia, qui inter nos ex vna et Rodolfum et Johannem, fratres de Nyghenkerken, parte ex altera super iure patronatus ecclesie in Nyghenkerken dudum versabatur, per amicabilem compositionem concordatus est et ter-



minatus in hunc modum, ita uidelicet, quod ipsi fratres antedicti Rodolfus et Johannes ad manus nostras et ecclesie nostre totum ius patronatus, si quid habuerunt in ecclesia Nyghenkerken, penitus resignarunt, tali conditione adiecta, vt, postquam dictam ecclesiam in Nyghenkerken per mortem domini Theoderici de Bertecow uel per resignationem vacare contingerit, ad petitionem dictorum fratrum Rodolfi et Johannis clerico ydoneo dictam conferemus ecclesiam vna uice. Preterea in dicte compositionis firmiter ligamentum primam ecclesiam, que ad nostram collationem spectare dinoscitur, quam ipsi uel ipsorum heredes duxerint acceptandam, ad voluntatem et beneplacitum dictorum fratrum de Nyghenkerken vna uice conferemus, omni contradictione semota. Insuper si, quod absit, ante dicta sepe dictis Rodolfo et Johanni de Nyghenkerken seu eorum heredibus per nos contingeret violari, tunc ius patronatus prefate ecclesie Nyghenkerken memoratis fratribus ac eorum heredibus absque omni contradictione, non obstante renuntiatione predicta, saluum in perpetuum remanebit. Ad hec adicimus, quod dictis inuolabiliter obseruatis ipsi de Nyghenkerken aut eorum heredes legitimi omnia instrumenta et munimenta ad manus nostras fideliter presentabunt. Vt autem huiusmodi ordinatio firma et indissolubilis perseueret, presentem cartulam conscribi fecimus et eam sigillorum nostrorum munimine ac sigillo domini Nycolai, plebani in Cvmmerow, fecimus communitari. Testes huius rei sunt dominus Henricus de Wacholt archidiaconus Dymnensis, Henricus plebanus in Mokere, dominus Henricus prepositus sanctimonialium in Verchen, dominus Henricus de Rokenitz, dominus Henricus de Molendino, dominus Henricus de Cyten, dominus Conradus de Nyghenkerken plebanus de Gulzow, sacerdotes, Conradus de Nyghenkerken, Radolfus de Sucow, Albertus de Rubecow, Tammo de Budesow, Albertus Kosike, Theodoricus Worpel, milites, et alii quam plurimi fide digni. Datum Stolp, anno domini M.CCC., proxima secunda feria ante festum Viti martiris gloriosi.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Godfridus abbas de ecclesia Nyenkerken.

Die drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Regl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. N. Stolp Nr. 27.

1951.

1300 Juli 13. (in die Margrethae virginis) Demmin.

Johann, Graf zu Gutzkow, bezeugt, daß Herzog Bogislaw IV. ihm für das Heirathsgut seiner Schwester in Höhe von 2500 Mark Slav. die Dörfer Cassowere, Schlatterow und Groß- und Klein-Bünsow zu Pfand gesetzt habe.

Nos Johannes, dei gratia comes de Gutzkowe, recognoscimus et praesentibus publice protestamur, quod eorum debitorum, quibus inclitus Bugslaus, noster dominus et consanguineus dilectus, dux Sclavorum et Cassubiae, nobis obligabatur ratione dotalitii suae sororis, ducissae Stetinensis, in summa uidelicet duorum millium ac quingentarum marcarum denariorum Sclauicalium, cum eodem duce mediantibus fidedignis placitauimus [in] <sup>1</sup>) istum modum, quod idem dux dedit et contulit nobis ac fratri nostro ac veris haeredibus nostris pro huiusmodi debitis quatuor villas quondam in suis terminis sitas, scilicet villam Cassowere, villam Schlatterow, villam majorem pariter et minorem Bunsow cum omnibus usufructibus sibi derivabilibus ab eisdem jure haereditario possidendas. De his autem villis seruiemus jam dicto duci cum seruitio existenti in eisdem villis, sicut tenentur suo domino vasalli strenui et fideles. Est autem huic ordinationi adjectum, quod saepe dictus dux dicta bona redimendi habebit liberam fa-

cultatem, ita videlicet, quocunque anno in festo Martini dux praedictus uel sui haeredes tertiam partem praefata summa ipso anno omnes fructus dictarum villarum ad eundem ducem vel ad suos haeredes libere revertentur. Si vero aliquando tota summa praescripta nobis uel nostris a dicto duce uel a suis soluta fuerit, praefatae villae ad eundem ducem vel ad suos haeredes, redito sibi uel suis privilegio, revertentur cum omni justitia, sicut ante. Insuper si idem dux vel sui haeredes solverint nobis vel nostris haeredibus tertiam partem vel duas partes praefatae summae, nos tamen dictarum villarum omnes obtinebimus vsufructus, de ipsis nihil penitus relaxaturi, quin tota summa usque ad ultimum ejusdem denarium fuerit persoluta. Hujus rei testes sunt Hinricus de Rheno, Wernerus Lepell, Theodoricus Behre, Johannes Behre, Gerhardus Grope, Matthaues, milites, Otto de Bonis, Gerhard[us] <sup>2)</sup> Ber, famuli, et quam plures alii fide digni. In testimonium praescriptorum sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Demmin, anno domini millesimo trecentesimo, in die Margrethae virginis.

1) Fehlt. 2) Gerhard.

Bgl. Universitäts-Bibliothek zu Greifswald: Abschrift des 18. Jahrhunderts in Mss. Pomeranica. Folio Nr. 150.

## 1952.

1300 [vor August 15.]

Eric, König zu Dänemark, stellt einen Geleitsbrief für Hafon, König zu Norwegen, und dessen Gefolge bis zu 100 Personen für eine am 15. August zu Skielskier zu haltende Zusammenkunft aus.

Herfor lovede fyrst Witzlav af Rygen, kongens broder Christopher, hertug Waldemar af Iylland, Lauritz Tygesen, Jon Litle, Oluf Tagesen, Johan Bartson, Christen Paedtz, Niels Lendi, Peter Jensen, Peter Nielsen af Tossing, Knud Mule, Esbern Agesen, Niels Hoe, Niels Ubbeson, Joseph Magnussen, Peder Mulli, Niels Hasse, Amund Litle, Peder Tygesen, Saevid, Waldemar Rosse, Peder Egethesede, Eric, den Iydske hertugs broder, Goddicke og Timme Block.

Regest bei Suhm, Historie af Danmark T. XI S. 367; Torfäus, T. IV S. 402 (Regest); Fabricius III S. 77 Regest 475.

## 1953.

1300 August 16. (in crastino Assumpcionis sancte Marie virginis gloriose) Wolin.

Herzog Bogislaw IV. bezeugt, daß Jakob von Polchow und seine Gemahlin Walburg für ihren Todesfall dem Nonnenkloster zu Wolin ein Drittel des Dorfes Blögin zu einem Altar und ein Fischwehr vor der Stadt zur Anschaffung der Altargeräthe übertragen haben.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Buggeslaus, dei gracia dux Slauorum et Cassubie, vniuersis christifidelibus presentem paginam cernentibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Racio veritati consona docet, vt acta presencium temporum digna memoria scriptis et sigillorum appensionibus sic seruentur integra, ne per obliuionem excedant scienciam futurorum. Noscant igitur vniuersi tam presentes quam futuri, quod honestus vir Jacobus de Polchow et sua honesta vxor domina Walburga, cum adhuc essent sana vita, considerantes, quod inter omnia animarum remedia elemosinarum largicio (sit) nobilior sit inuenta, cum vna-

nimi consensu, proprio arbitrio ac bona voluntate sine aliqua suorum heredum contradicione terciam partem ville Plotzin pure propter deum et pro salute animarum et suorum parentum defunctorum cum omni vtilitate ecclesie dominarum in Wolin post ipsorum amborum obitum humiliter obtulerunt. Pro ipsa vero elemosina prefata dominarum conuentus super vnum altare in ipsarum ecclesia in honore sancte Marie Magdalene constructum in celebracione missarum, singulis diebus dominicis in missa dominicali, secundis, terciis et quartis feriis in missis pro defunctis, quintis feriis in missa de sancto spiritu, sextis feriis in missa de sancta cruce, sabbatis in missa de domina nostra in salutem prefati Jacobi et sue vxoris suorumque parentum defunctorum animarum debet esse perpetuis temporibus obligatus. Ipse vero Jacobus et sua vxor prefata bona in Plotzin ad suos fructus et vsus diebus, quibus vixerint, feliciter obtinebunt. Uno autem ex eis defuncto statim ipse conuentus ipsum altare cum vno sacerdote officiare incipiet, sicut superius est notatum. In voluntate vero illius, qui ex eis residuus fuerit, consistet, quibus elemosinis suis diebus in officium predictum altare, ut supradictum est, voluerit laboribus subuenire. Ambobus autem defunctis, scilicet Jacobo defuncto et sua vxore, ipsorum veri heredes superflua bona, que sunt in pecoribus et frumento et aliis bonis uegetabilibus et mobilibus, sibi sument ad ipsorum, scilicet Jacobi et sue vxoris debita persoluenda. Ad comparand[a]<sup>1)</sup> vero ornamenta altaris ipsius sepedictus Jacobus et eius vxor vnam clausuram piscium ante ciuitatem Wolin ecclesie predictarum dominarum propter deum similiter obtulerunt. Vt autem hec a Jacobo de Polchowe et sua vxore domina Walburga et omnibus suis heredibus inuolabiliter et rata seruentur, in testimonium huius ordinacionis et donacionis presens scriptum contulimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum et placitatum et datum in Wolin, domino Hildebrando scolastico, domino Lamberto Camynensis ecclesie presentibus et nostro consanguineo comite de Gutzkove, quo adiunante, et nostris omaginariis, scilicet Johanne Vrso nostro marscalco, Wluoldo de Belowe, Gerardo Gropen, Henrico de Reno, Arnolde Monacho dicto de Bone, Vlrico de Osta, militibus presentibus et aliis quam plurimis utpote cum consulibus Jacobo de Polchowe, Herdero, Nicolao Diltardi (!) filio, Nicolao Wlpe, Lodewico Weckemunt, Hermanno de Trebenow, Johanne de Poltzin, Alardo Junene, Nicolao de Wotik, Marquardo de Kalsowe et ciuibus aliis de Wolin quam pluribus fidedignis. Datum Wolin, anno domini MCCC, in crastino Assumpcionis sancte Marie virginis gloriose.

Ueberschrift: De terciã parte ville Plotzin, quam Jacob Polchow cum sua vxore dedit sanctimonialibus in Wolin.

<sup>1)</sup> comparando. Bollner Matrifel.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Bollner Original-Matrifel fol. 12<sup>v</sup> Nr. 13; Abschrift im Stadt-Archiv zu Bollin s. r. Sect. A. Tit. 11 Nr. 8 fol. 6.

1954.

1300 August 23. (in vigilia Bartolomei apostoli gloriosi) Stethin.

Rudolf, Jakob und Otto, Gebrüder von Platen, verkaufen dem Priester Johann de Fonte (von dem Borne?) acht Hufen im Dorfe Schwochow zur Dotirung eines von demselben in der Nikolaikirche zu Greifenhagen gestifteten Altars.

In nomine domini amen. Nos Rudolfus et Jacobus et Otto, fratres, dicti cum torace, omnibus hanc paginam intuentibus et audientibus salutem et omne bonum. Ne gestarum rerum memoria deperiat uel processu<sup>1)</sup> temporum euanescat, discretorum prudentia solet ea litteris, sigillis ac testibus roborare. Igitur notum esse uolumus vniuersis Christi fidelibus

tam presentis temporis quam futuri, quod nos de bona voluntate et concensu (!) ac eciam habito super eo consilio<sup>2)</sup> nostrorum omnium parentorum (!) vendidimus honorabili viro, domino Johanni sacerdoti, dicto de Fonte, octo mansos de bonis nostris in uilla Zwochowe cum omni fructu et vtilitate suorum prouentuum, cum terminis suis plenis atque perfectis ad sustentacionem suam et suorum successorum officiancium altare sancti Johannis ewangeliste, quod ipse dotauit in ecclesia sancti Nicolai in ciuitate Griphenhagen, pro suis delictis et suorum neglienciis (!) amicorum obque nostrorum remedium peccatorum titulo donationis erogauimus et eorundem mansorum proprietatem damus, et quicquid in dictis bonis proprii habuimus, dedimus in hiis scriptis, vnde uolumus, ne aliquis ipsum et suos successores in dictis bonis aliquo modo inpediat aut molestet. Ne igitur nostre donationis et vendicionis in posterum vlla suboriatur calumpnia, presentem litteram dedimus nostris sigillis sigillatam. Testes vero sunt prepositus Hildebrandus, decanus Ber., magister Bel., Wil. Trampow, Gher. Bertecow, Hin. Pokelent, Polonus de Clebo et alii quam plures fide digni. Datum Stethin, sub anno gracie MCCC, in vigilia Bartolomei apostoli gloriosi.

Auf der Rückseite die alte Registratur: Octo mansi in villa Zwochowe ad altare Johannis de Fonte sacerdotis in Griphenhagen.

<sup>1)</sup> processus. Original. <sup>2)</sup> consilia. Original.

Die beiden Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Stadt Stettin Nr. 14<sup>a</sup>; Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Diplomatar. eccles. s. Mariae I Nr. 34; Archiv des Marienstifts zu Stettin: Matrifel der Marienkirche (Tit. I Sect. I Nr. 1) fol. 122.

Gedruckt in den Baltischen Studien Bb. VIII. 2 S. 156; von Nebem, Gesch. der Stadt Greifenhagen (1843) S. 45.

1955.

1300 August 30. (tercio kalendas Septembris) Camyn.

Heinrich, Bischof zu Camin, verleiht dem Convent von Doberan das Recht, in den Klostergütern seines Sprengels Messe und Predigt zu halten und vierzigtägigen Ablass zu gewähren.

Hinricus, dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, honorabilibus viris abbati, priori totique conuentui monasterii in Doberan, Cysterciensis ordinis, Zwerinensis dyocesis, salutem in domino. Vestra peticio nobis per discretum virum dominum Syfridum, de Trichow dictum, canonicum Caminensem nobis dilectum, exhibita continebat, vt in uillis, curiis, grangiis ac allodiis vestris in nostra dyocesi constitutis missas celebrare vobis liceat nostra licencia et populo exponere verbum dei, dum vos vel aliquem vestrum de vestro predicto monasterio esse seu stare contigerit in locis predictis seu aliquo predictorum. Nos vestris supplicationibus ac dicti domini Syfridi in hac parte duximus annuendum, vobis ac cuilibet vestrum de gracia speciali presentibus indulgemus, vt missas celebrare de nostra licencia valeant et populo fideli exponere verbum dei, dum in locis fueritis ac steteritis suprascriptis, ita tamen, quod pleban[i]s<sup>1)</sup>, in quorum parrochiis predicta loca sita fuerint, per huiusmodi nostram concessionem nullum fiat preiudicium seu grauamen. Preterea, ut populum dei ad diuinum obsequium magis ac magis valeatis allectare, vobis et cuilibet vestrum presentibus duximus concedendum, vt omnibus uere penitentibus et confessis, qui vestros sermones audierint ac eisdem interfuerint, de iniuncta sibi penitentia quadraginta dierum indulgencias de omnipotentis dei mi-

sericordia auctoritate nostra valeatis misericorditer elargiri. Datum Camyn, anno domini M.CCC., tercio kalendas Septembris.

Ueberschrift: Henricus Caminensis episcopus de licencia super celebratione missarum in curiis nostris, que sunt in dyocesi Caminensi.

<sup>1)</sup> plebanus. Dipl. Dob.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplomatar. Doberanense fol. LXIV.

Gedruckt im Meßl. Urf.-Buch IV S. 166 Nr. 2626.

1956.

1300 September 16. (in profesto beati Lamberti martiris) in Wolgust.

Herzog Bogislaw IV. übergiebt dem Kloster Eldena die Dörfer Erbslin, Vencemin und Brest nebst der Inselwiese Klein-Wotik und einiger Fischerei zum Eigenthum.

In nomine domini amen. Buggezlaus, dei gratia dux Slauorum atque Cassubie, vniuersis Christi fidelibus presentia visuris imperpetuum. Cum ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, expedit, vt ea, que aguntur, in scripta publica redigantur. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ob diuine remunerationis intuitum et in remissionem omnium peccatorum nostrorum necnon et dilectorum progenitorum nostrorum proprietatem trium villarum, Cracelin videlicet, Vencemin et Vrest, sicut ipse ville exantiquo tempore et modo in suis distinctis terminis atque limitibus sunt habite seu contente, et sicut easdem villas dominus Wolfoldus, dapifer noster fidelis, a nobis habuit, sine aliqua dimensione per nos vel per heredes nostros quoscumque aliquando facienda cum omnibus suis pertinenciis infra predictos terminos contentis, vtpote siluis siue rubetis, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, paludibus et miricis, aquis, piscationibus, molendinis, cum aduocacia et omni iure et iudicio maiori pariter et minori, quod nobis seu nostris veris heredibus competeat aut competere poterat in bonis antedictis, religiosus viris domin[i]s <sup>1)</sup> abbati et conuentui ordinis Cysterciensis, Caminensis dyocesis, in Hylda donationis tytulo contulimus possidendam perpetue libere, commode, pacifice, feliciter et quiete. Licet igitur omnia [et] <sup>2)</sup> singula in pretactarum villarum terminis contenta in premissis tacta sint breuiter et expressa, quasdam tamen piscationes cum quodam prato eisdem terminis adiacentes lucidius, melius et euidentius in subsequentibus duximus exprimendas. Sciendum itaque quoddam pratum vndique circumfluxum, quod paruum Wotik vlgo dicitur, cum medietate riuuli, per quem a maiori Wotik diuiditur, cum omni possessione, fructu, proprietate et iure memoratis dominis de Hylda liberaliter pertinere. Stagnum quoque fluens siue labens inter iam <sup>3)</sup> dictum paruum Wotik et eorundem dominorum [de] <sup>4)</sup> Hylda curiam in Cracelin sitam, in qua quondam prememoratus dominus Wolfoldus habitasse dinoscitur, a loco, quo idem stagnum ab aqua dicta Pena trahit originem, per descensum ipsius stagni vsque ad locum, vbi supradictarum trium villarum termini finem habent, eisdem dominis de Hylda cum omni iure, proprietate, possessione et fructu ita plane pertinet, quod in eo nulli hominum facultas piscandi conceditur sine eorum iussu, consensu vel licencia speciali. Ceterum in ipsa Pena, in qua piscatura quibuslibet est communis, ipsi sepedicti de Hylda domini communi piscatione cum aliis libere et licite frui possunt. Vt autem hec nostra collatio siue donatio in honore beate virginis Marie, que misericordie mater est, facta indeficiens perseueret tempore sempiterno et ab o[mn]i <sup>4)</sup> calumpnia imposterum sit immunis, presens instrumentum super premissis lucidius editum perpetuis temporibus duraturum

prelibatis dominis de Hylda dedimus sigilli nostri robore communitum. Testes vero donationis huius sunt domini Jaczko dominus Guzkowensis, Conradus de Nigenkerken, Johannes Heydebreker, Hinricus et Johannes Vrsi fratres, item Thydericus, Hinricus et Johannes Vrsi fratres, milites; Bernardus et Gherardus, filii Conradi militis dicti de Nigenkerken, Hennike Belowe et frater eius Hinricus, et Rolf de Nigenkerken, famuli, et quamplures alii nichilominus fide digni. Datum in Wolgust, anno domini millesimo tricentesimo, in profesto beati Lamberti martiris.

Auf der Rückseite die gleichzeitige Registratur: Super Cracelin, Vencemin et Vrest, und die des ausgehenden 15. Jahrh.: donatio trium villarum per Buggezlaum ducem Slauorum et Cassubie abbati et conuentui monasterii in Hilda facta.

1) Im Original domini. 2) Im Original in. 3) jam scheint im Original durch untergesetzte Punkte gelöscht zu sein. 4) Loch im Original.

Das Siegel ist sammt den Siegelfäden abgerissen.

Original in der Kgl. Bibliothek zu Berlin; Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Beglaubigte Abschrift von 1516 im Wolg. Arch. Tit. 70 Nr. 8 fol. 99v, dgl. von 1518 fol. 52v.

Gedruckt bei Tisch, Urk. des Gesch. Behr II S. 3 Nr. 130; Hyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 621 (Regest).

1957.

1300 Oktober 4. (in die beati Francisci confessoris) in Gripeswolt.

Herzog Bogislaw IV. setzt die Zahl der Hufen in den Eldenaer Klosterdörfern Eröskün auf fünfzehn, Vencemin auf acht und Vrest auf zehn fest.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Buggezlaus, dei gracia dux Slauorum atque Cassubie, salutem in vero salutari. Ad vniuersorum noticiam, tam presencium quam futurorum, volumus peruenire, quod nos diuine retribucionis amore grauaminibus et expensis ecclesie Hyldensis, ordinis Cysterciensis, Caminensis dyocesis, summopere parcere cupientes, cuius ecclesie predictae patrociniis et profectibus tanto sollicitius intendere merito debemus, quanto constat eandem ecclesiam a dilectis progenitoribus nostris esse fundatam, nomine nostro et heredum nostrorum iusto donacionis tytulo dedimus dilectis nobis in Christo fratribus abbati videlicet et conuentui Hyldensis ecclesie memorate, vt bona eorum in Cracelin, Vencemin et Vrest diffinito mansorum numero, prout in subsequentibus declarabitur, perpetuis temporibus habeantur: Cracelin itaque in suis terminis omnibus cum omnibus pertinenciis suis, vtpote siluis et rubetis, agris cultis et incultis, campis, pratis, pascuis, paludibus et miricis et vniuersis infra predictos terminos contentis pro quindecim mansis perpetuo reputentur, villa vero Vencemin in suis terminis omnibus pro octo mansis et Vrest eciam in suis terminis cum omnibus infra contentis pro decem mansis perpetuo reputentur. Cuius donacionis testes sunt domini Jaczko dominus Guzkowensis, Johannes Heydebreken, Johannes marschalcus noster fidelis, Hinricus frater suus, dicti Vrsi, et Thydericus Vrsus, milites, et quamplures alii nichilominus fide digni. Insuper in euidentis rei testimonium predictis de Hylda fratribus presens instrumentum super premissis lucide confectum perpetuo duraturum dedimus nostri sigilli robore communitum. Datum in Gripeswolt, anno domini M.CCC. in die beati Francisci confessoris.

Auf der Rückseite die alte Registratur: . . . . lin jaceat pro XV mansis, Vrest pro X et Vencemin pro decem (!).

Siegel nebst Schnur abgerissen.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. N. Ebena Nr. 52; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 969; Bibl. der Ges. für Pom. Gesch.: Kančowski's Extract z. fol. 84.

Gedruckt bei Tisch, Urk. des Geschl. Behr II S. 5 Nr. 131.

1958.

1300 Oktober 14. (in die Kalixti pape gloriosi) Stetyn.

Die Ritter Gobelo und Dietrich Luchte übertragen dem Kloster zu Gobelenhagen die Kirche zu Schwennez und bezeugen, daß Herzog Otto I. dem Kloster das Eigenthum dieser Kirche gegeben, welches alles Hildebrand, Scholastikus zu Camin, im Namen des Bischofs Petrus von Camin bestätigt.

Vniuersis christifidelibus, ad quos scriptum presens peruenerit, Gobelinus et Thidericus dictus Luchte, milites, salutem in omnium saluatore. Cum ea, que fiunt sub tempore, simul cum tempore transeant et labantur, expedit vt<sup>1)</sup> acta presencium testimonio scripture ad noticiam veniant<sup>2)</sup> futurorum. Hinc est, quod notum esse volumus tam presenti quam postere nationi publice protestantes, quod nos honorabilibus viris . priori et conuentui ecclesie sancte Marie in Gobelenhagen, ordinis sancti Augustini, donauimus ecclesiam in villa Suinenseke cum omnibus prouentibus suis et vsufructibus, que in presenti et ab antiquo possidet dicta et possedit et possidere poterit in futuro. Preterea recognoscimus<sup>3)</sup> nichilominus protestando, videlicet quod inclitus princeps dominus Otto, dux Slauorum et Cassubie dominusque in Stetyn<sup>4)</sup>, predictis dominis priori et conuentui memorati claustrum in Gobelenhagen dedit proprietatem sepius nominate ecclesie in Swinenceke benigne<sup>5)</sup> cum vsufructibus et prouentibus eorum expectantibus inperpetuum vtilitatem et profectum. Ne igitur super isto alicui dubium oriat, presentem litteram inde confectam dedimus nostris sigillis<sup>6)</sup> fortiter roboratam. Nos vero Hildebrandus, dei gracia scolasticus Caminensis, gerens vices venerabilis domini patris Petri, eiusdem ecclesie episcopi, predictum factum, vt<sup>1)</sup> superius narratur, gratum et ratum habemus et auctoritate domini episcopi benigne in nomine domini cum appensione nostri sigilli confirmamus. Datum et actum Stetyn<sup>4)</sup>, anno domini M.°CCC, in die Kalixti pape gloriosi.<sup>7)</sup>

Ueberschrift: Prinelegium de confirmatione.

<sup>1)</sup> ut P II. <sup>2)</sup> perueniant P II. <sup>3)</sup> recongnoscimus P II. <sup>4)</sup> Stetin P II. <sup>5)</sup> beningne P II. <sup>6)</sup> nostris sigillis dedimus P II. <sup>7)</sup> Fehlt P II.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Sasseniger Matrifel PI Nr. 56, P II Nr. 45; Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 983.

1959.

1300 Oktober 16. (in die Galli abbatis) Sundis.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor verkaufen an Leo Walf und Thidemann, Wifberns Sohn, Bürger zu Stralsund, 120 Drömt Getreide Mühlenpacht für 1000 Mark Pfennige und verpflichten sich bei Nichtzahlung zum Einfager in Stralsund.

In nomine domini amen. Nos Wyzslaus, dei gracia Ruyanorum princeps, nec non filii nostri dilecti Wyzslaus, Samborus, eadem gracia principes Ryianorum, vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit, salutem in omnium saluatore. Que geruntur in

tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium uel scripture memoria perhennari. Sciant ergo presentes et futuri temporis posteritas, quod nos habito fidelium nostrorum maturo consilio honestis viris Leoni Falconi ac Tidemanno Wieberni filio, nostris burgensibus in nostra ciuitate Stralessund, eorumque veris heredibus rite et rationaliter vendidimus pro mille marcis denariorum monete currentis centum et viginti<sup>1)</sup> tremodia annone adiacencia in molendino, iacenti ante valuum Knepes ciuitatis nostre memorate, sexaginta tremodia siliginis, ordei, auene equaliter tripartita in molendino, quod olim dicebatur molendinum fratris Walteri, decem tremodia siliginis, ordei, auene equaliter tripartite (!) in molendino Gerbodenhaghen, quod situm fuit Conradeshaghen, quinquaginta tremodia annone, decem siliginis, viginti ordei, viginti pariter et auene. Hanc memoratam annonam vendidimus dictis viris eorumque ueris heredibus sine qualibet seruitute pacifice et quiete perpetuo possidendam. Nos autem de dicta annona warendabimus memoratos viros eorumque heredes veros, quanto tempore indigebunt. Si autem in posterum, quod absit, aliquod obstaculum in dicto frumento eisdem viris aut eorum posteritati generetur, pro eo nostri filii Wyzslaus et Samborus cum suis consiliariis domino Matheo Moltik, Thoma cum thorace, Lodewico Cabold, Henrico de Ost marscalco, Bertoldo de Ost, Nicolao Putbuz, Johanne de Gristowe, Henrico Mordero, Conrado Dotenbergh, Arnolde de Vitzen, Teoderico Metzekowe, Fretherico de Alkun, militibus, ciuitatem nostram Stralessund sub fidei promissione intrabunt, non egressuri, nisi prius sepedictos viros eorumque heredes veros ab omni grauamine impedimenti explicent incumbentis uel memoratis viris mille marcas denariorum restaurent et persoluant sue fidei sub obtentu, et tunc valor denariorum computabitur, sicut nunc valor permanet eorundem. Ad quoscumque vero dicta annona ex venditione, donatione, permutatione dictorum virorum eorumve heredum peruenerit, eisdem scriptam annonam de jure concedere nos tenemur. Vt autem hec nostra venditio racionabiliter facta in premissis firmitatem optineant (!) et vigorem, presentem paginam inde confectam sigilli nostri et nostrorum filiorum sigillorum munimine duximus roborandam. Testes sunt dominus Johannes Morderus, Pritbornus de Vilminis, Gerlacus Smachteshaghen, Bertoldus Bokemannus, milites, et alii viri nichilominus fide digni, anno domini M.CCC., in die Galli abbatis, datum Sundis, presentibus perpetuo duraturis.

Auf der Rückseite: Super reditus molendinorum.

<sup>1)</sup> viginti Original.

Zwei beschädigte Siegel an gelb- und rothseidenen Schnüren anhängend. Das Siegel Sambors ist nicht anhängend worden.

Original im Stadt-Archiv zu Stralsund s. r. I Nr. 20.

Gedruckt bei Fabricius III S. 118 Nr. 289.

1960.

1300 October 19. (in crastino beati Luce ewangeliste) in Gdanzk.

Swenza, Palatin zu Danzig, Bogussa, Richter von ganz Pommerellen, und Albert, Castellan zu Fußig, bekunden, daß der Ritter Radislaw von Darslub sein Dorf Mechau an das Kloster Oliva verkauft hat.

Testes sunt dominus Henricus abbas de Polpelin, comes Matheus castellanus de Slauna, Crisanus thesaurarius Belgardensis, Woyslaus vexillifer Gdanensis, Stephanus dapifer ibidem, Ja-



cobus K[un]ostowicz<sup>1)</sup> et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Gdanzk anno domini M.CCC., in crastino beati Luce ewangeliste.

<sup>1)</sup> Conjectur von Perlbach. In Cod. Oliv. Kimostowicz.

Rgl. Staats-Archiv zu Königsberg: Abschrift im Folianten A 100 (Cod. Oliv.) S. 162 Nr. 95.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 526 Nr. 592.

## 1961.

1300 November 2. (in die Animarum) Colbas.

Otto, Herzog zu Pommern, befreit die von dem verstorbenen Pfarrer Christoph zu Buchholz dem Kloster Colbas geschenkten Hufen zu Buchholz und Mühlenbeck von allen an ihn zu leistenden Abgaben.

Nos Otto, dei gracia dux Sclavorum et Cassubie ac dominus in Stetin, omnibus in perpetuum. Quamvis ex sacre religionis religiosorum meritis inducimur, ut fauoris benigni gracia ipsos consequamur iugiter, in hiis nostre liberalitatis benignitas ipsis tamen adesse debet uberius, quibus diuini cultus nominis et ipsorum deuocionis feruor copiosius augmentatur. Eapropter ad noticiam tam presencium quam futurorum deuenire cupimus, quod dilectis in Christo fratribus monasterii Colbacensis ob magne deuocionis affectum, quem ad nos habere dinoscimur (!), vicissitudinem rependere cupientes aliquam obtentu venerabilis patris domini Dithmari eiusdem monasterii abbatis, qui meritis suis exigentibus apud nos locum familiaritatis obtinuit, hanc fecimus graciam et concessimus libertatem, ut duo mansi in Bucholt et duo mansi in Molenbeke, quos felicis memorie dominus Cristophorus quondam dictarum villarum plebanus ad ministrandum fratribus dicti monasterii de Colbas ann[is] singul[is]<sup>1)</sup> seruicium donacione legitima eidem donauit monasterio, ab exaccione, precaria, collecta, subuencione et ab omni talliacione siue exaccione alia, insuper et ab omni seruitatis onere publico vel priuato, quod a mansorum colonis nobis ad quoscunque usus assolet exhiberi, exnunc et inantea liberi sint totaliter et exempti, volentes et mandantes sub obtentu graciae nostre, ut nullus aduocatus, officialis, collector, exequutor (!) seu quicunque alius exaccionem, precariam, collectam, subuentionem seu exaccionem aliam qualemcunque aut euentiones seu seruicia alia quocunque nomine nostro a predictorum mansorum colonis audeat extorquere uel presumat. Ceterum predicti dominus Dithmarus abbas et fratres monasterii Colbacensis nostrorum adiuti subuentione temporalium, suorum nos cupientes spiritualium participes fieri, decreuerunt apud se firmiter statuantes, ut singulis annis in anniuersario antedicti domini Cristophori a fratre quolibet dicatur spiritual[i]<sup>2)</sup>: Ut deus omnipotens prosperitatem nobis tribuat in presenti et gaudium in futuro. Ne autem nostra concessio processu temporis in obliuionem veniat, eam presentis scripti testimonio cum nostri appensione sigilli duximus roborandam. Testes huius nostre concessionis et graciae sunt frater Meynardus, frater Johannes cantor et frater Johannes cellerarius, monachi in Colbas, dominus Stango, dominus Hermannus Draco et dominus Hennynigus de Hindenborch, milites, et alii quam plures. Datum Colbas, anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup> in die Animarum.

Ueberschrift in Roth: donacio domini Ottonis dei gracia (!) villarum videlicet Bucholt et Molenbeken.

<sup>1)</sup> annos singulos. Die Matrikel. <sup>2)</sup> spiritualis in der Matrikel.

Abschrift im Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Colbacher Matrikel fol. 21 Nr. 83 und Dreger, Cod. Pom. dipl. Mscr. V Nr. 961.

1300 November 29. (in uigilia beati Andreae apostoli) Dam.

Die Brüder Luchto, Conrad und Mathäus von Köthen überweisen zwei Hüfen zu Maulin, welche früher im Besiz Gerhards von Howe, Bürgers zu Pyritz, gewesen waren, dem Arnold Cruz, Kapellan des Herzogs Otto I.

Nos Luchto sacerdos, Conradus et Matheus, fratres, dicti Kothen, presentibus lucidius profiteamur, quod in praesentia incliti principis domini nostri Ottonis, ducis Stetinensis, constituti unanimi consensu et bona deliberatione praehabita duos mansos in metis et terminis uillae Nowelin situs, quos Gherardus dictus de Howe, bonae memoriae, quo[ndam] <sup>1)</sup> ciuis in Pyritz, habuit cum omni jure et libertate, qua nos dictos duos mansos a praedicto principe ac domino nostro Ottone in pheidum habuimus ad nutum domini Arnoldi Cruz cappellani praedicti principis applicandos diuino cultui secundum uelle suum resignauimus et resignamus in hiis scriptis, nolentes una cum haeredibus nostris praedictos duos mansos ulla tenus inpetere seu possessorem ipsorum in tempore profuturo infestare modo aliquali. In cuius rei testimonium sigilla nostra praesentibus duximus appendenda. Testes huius sunt dominus Bernardus Bere praepositus ecclesiae Camynensis, dominus Johannes Glasenap archidiaconus Pyricensis, Hinricus de Scheninge, Lippoldus Luchte, Arnoldus Zwan, praefati principis officiales, et alii plures fide digni. Actum et datum Dam, anno domini M.CCC., in uigilia beati Andreae apostoli.

<sup>1)</sup> quos in der Abschrift.

Bgl. Staats-Archiv zu Stettin: Abschrift vom Jahre 1554 im Stett. Arch. P I Tit. 29 Nr. 14 (Nr. 18).

1300 Dezember 21. (in die beati Thome apostoli) Hylda.

A.

Das Kloster Eldena schließt mit der Stadt Greifswald einen Vertrag, wonach letztere die östlichen und westlichen Mühlen außerhalb und die Mühle beim heil. Geisthospital mit dem Graben innerhalb der Stadt erhält, das Kloster dagegen zwei Grundstücke mit den Gebäuden in der Stadt, steuerfrei, jedoch ohne Asylrecht, mit zugehörigen Aedern, die Stenbekkeresmole, sowie den Boltenshäger Teich mit der Fischerei empfängt und sich die Kornhebungen vom Rosenthal und Gilarbsacker vorbehält.

In nomine domini amen. Omnibus Christi fidelibus presentes literas inspecturis frater Hinricus abbas totusque conuentus ordinis Cisterciensium in Hylda in omnium saluatore salutem. Quoniam in rerum natura nullius rei certitudo sub celi ambitu continetur, necesse est, ut acta presencium, quorum robur perpetuo est mansurum, scriptis auctenticis, quibus omnia memoriter retinentur, adeo stabiliantur, ne in posterum alicuius perturbacionis occasione aut inmemorie valeant concuti uel infringi. Nouerint igitur presentes et posteri, quod nos respicientes fidelitatis ac honestatis indicia, que nobis consules et vniversitas ciuitatis Gripeswold in multis iugiter impenderunt, a molendino ad partem orientalem ante ciuitatem Gripeswold situato perpetuo cessauimus ac voluntate bona quietuimus, ita uidelicet, quod quidquid iuris, proprietatis aut impeticionis in eodem habuimus molendino uel habere uidebamur, consensu vnanimi consulibus ac burgensibus libere resignauimus antedictis, ipsi uero in reconpensam

nostre resignacionis huiusmodi de consensu et voluntate discretorum suorum et multorum conburgensium aream iuxta muros sitam, quam a Johanne de Lubeke dicto nostris denariis comparauimus, quam et predecessores ipsorum ab omni exactione, a tallis et a vigiliis nocturnis penitus exemptam iure hereditario possidendam perpetuo nobis contulerunt, iusto donacionis titulo contulerunt et facta suorum predecessorum pariter confirmarunt. Area quoque, que quondam fuerat Hinrici Gorslai et Euerhardi de Wampen, suorum conburgensium, prope sitam, quam ab eisdem ecclesia nostra comparauerat cum omni proprietate et libertate, sicut aream primam nobis contulerunt perpetuis temporibus possidendam, admittentes et gratum habentes, ut nos in predictis areis nostram, vt amplius aut melius possimus, vtilitatem procuremus, commodum et profectum, concedentes eciam iam dictas areas cum domibus in eisdem iam constructis siue in posterum pro nostro beneplacito construendis, cum omnibus mobilibus in ipsis iam locatis uel in posterum ecclesie nostre nomine locandis ab omni exactione, a tallis, a vigiliis nocturnis seu quolibet alio grauamine esse perpetuo liberas et exemptas, hoc tamen excepto, quod nulli latrones, vispilones, fures, vlnorum impressores seu quique alii malefactores in predictis nostris domibus contra ciuitatis sue iusticiam reseruari temere debeant uel tueri. Agros eciam supradictis areis additos more ciuili seu appropriatos ipsa ciuitas obtinebit. Nos insuper in predicta ciuitate, tam intra muros quam extra, per nos uel per nostros quoscumque emendi et vendendi ad nostros vsus et commodum tempore quolibet liberam habebimus facultatem. Preterea a molendino, Stenbekkeresmole quondam appellato, quod habemus infra Helmerikeshaghen et a piscina eiusdem molendini, que piscina tamen fluxum suum siue meatum, vulgo stavinghe dictum, quem nunc habere dinoscitur, non excedet, cessauerunt, ita quod quidquid in eis iuris aut impeticionis habebant uel habere videbantur, nobis plenarie resignarunt, dantes et conferentes nobis sex iugera predicto molendino adiacencia, cum omni iure et libertate, sicut ipsi ea hactenus possederant, sine qualibet vltiori dimensione perpetuis temporibus possidenda. Item viam vnam a dicto molendino vsque Helmerikeshaghen tendentem curribus aptam nobis dederunt perpetuo duraturam. Ceterum nos dimisimus ac vnanimi consensu contulimus consulibus et burgensibus antedictis molendinum iuxta domum Sancti Spiritus in ciuitate Gripeswold, cum fossato eiusdem ciuitatis terminos transeunte, et hereditates iuxta idem molendinum sitas cum molendinis tam aquarum quam ventorum ante iam dictam ciuitatem ad partem occidentalem situatis, cum fundo et proprietate, in quibus nos ammodo nichil proprietatis aut iuris nobis poterimus vsurpare, sed ipsi in eisdem bonis et infra sue ciuitatis terminos faciendi, edificandi pro commodo et vtilitate sue communitatis liberam habebunt potestatem, dummodo ea, que de bonis Eylardi et de Rosendal in priuilegiis super hijs confectis continetur, plenius obseruentur. Ipsi vero consules et burgenses ciuitatis sepe dicte in reconpensam nostre donacionis prehabite a piscina, que vlgo dicstowinge dicitur, in Boltenhagen, et a fossato, quod descendit ab ipsa piscina usque ad terminos ciuitatis eorum, cessauerunt et bona voluntate quieuerunt, ita videlicet quod quidquid iuris, proprietatis, libertatis aut impeticionis in ipsis habuerunt, nobis libere resignarunt, nostro relinquentes potestati, vt in dictis piscina videlicet et fossato infra nostros terminos et proprietates edificandi, construendi uel queque nobis congrua faciendi et omnia infra nostros terminos contenta, cessante impedimento quolibet, in nostros vsus et commodum, prout voluntati nostre placuerit, conuertendi semper habeamus liberam facultatem. Per aggerem tamen iam dicte piscine a Stutingehof non erit generalis transitus curruum siue via; quod si nos auertere seu prohibere non poterimus et sepe dictorum consulum et burgensium super hoc adiutorium forte petierimus, ipsi predicto transitui communi obstare tenebuntur in suis laboribus et expensis. Nos igitur omnia premissa

nomine nostro siue successorum nostrorum quorumcunque rata, firma, stabilia, simul et inconuulsa manere volumus tempore sempiterno, renunciantes omni excepcioni doli mali, fraudis et omni auxilio iuris canonici et ciuilibus, quod super lesione premissorum prodesse nobis poterit et obesse ciuitati predictae. Ad hec omnia testes sunt domini Hermannus prior, Hermannus quondam abbas, Arnoldus subprior, Martinus celerarius, Thidericus vestiarius, Marsilius, Hinricus de Minda et Johannes de Osterrode, nostri monachi et sacerdotes, insuper et nos omnes. Datum Hylda, anno domini M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>, in die beati Thome apostoli.

Stadt-Archiv zu Greifswald: Copiar. Gripsw. fol. 58, V 50.

Der Anfang gedruckt bei Dähnert, Pomm. Biblioth. IV S. 13; Hyl, Gesch. des Fl. Eldena S. 622 (Regeft).

1300 Dezember 21. (in die beati Thome apostoli) in Gripswolt.

B.

Die Stadt Greifswald überträgt dem Kloster Eldena die von Johann von Lübeck erkaufte Hoffstelle neben der Stadtmauer, sowie die nahegelegene früher Heinrich de Gorzlau und Eberhard von Wampen gehörige Hoffstelle, giebt demselben jegliche Freiheit mit Ausnahme des Asylrechts, sichert ferner dem Kloster freien Handelsverkehr im Stadtgebiet, den Besitz der Stenbickeresmole mit dem Mühlenteich, sechs Morgen Acker und dem Wege bis Helmsbagen, und den Boltshäger Teich mit dem Graben bis zur Stadt zu. Dagegen überläßt das Kloster der Stadt die östlichen und westlichen Mühlen vor den Thoren, sowie die Mühle beim heil. Geisthospital.

[In nomine] domini amen. Omnibus Christi fidelibus presentia visuris consules et vniuersitas burgensium ciuitatis Gripswolt salutem in omnium saluatore. Quoniam in rerum natura [null]ius rei certitudo sub celi ambitu continetur, necesse est, vt acta presentium, quorum robor perpetuo est mansurum, scriptis autenticis, quibus omnia memoriter retinentur, adeo stabiliantur, ne imposterum occasione alicuius [perturbat]ionis aut immemorie valeant concuti vel infringi. Nouerint igitur presentes et posterius, quod nos respicientes fidelitatis ac honestatis indicia, que nobis Hyldensis ecclesia in multis iugiter exhibuit, de consensu et voluntate nostrorum discretorum et conburgensium eidem ecclesie aream iuxta muros sitam, quam sibi a Johanne, dicto de Lubeke, suis denariis comparauit, quam et predecessores nostri eidem ecclesie ab omni [exactione], a talliis et a vigiliis nocturnis penitus exemptam jure hereditario possidendam perpetuo contulerant, iusto donationis tytulo sub eadem libertate conferimus et facta predecessorum nostrorum pariter confirmamus. Aream quoque, que [quondam fuerat] Hinrici de Gorzlau et Euerhardi de Wampen, nostrorum conburgensium, prope sitam, quam ab eisdem emptionis tytulo comparauerat ecclesia memorata cum omni proprietate et libertate, sicut aream primam eidem concedimus ecclesie perpetuis [temporibus] possidendam, admittentes et gratum habentes, vt ipsius Hyldensis ecclesie abbas et conuentus, qui pro tempore fuerint, in predictis areis suam, ut melius aut amplius poterint, vtilitatem procurent, commodum et profectum, volentes [et concedentes] iamdictas areas cum domibus in eisdem iam constructis siue imposterum pro eorum beneplacito construendis in futuro cum omnibus mobilibus in ipsis locatis siue imposterum sepedicte Hyldensis ecclesie nomine locandis ab omni exactione, a talliis et vigiliis nocturnis seu quolibet alio grauamine esse perpetuo liberas et exemptas, sed agros ipsis areis more ciuili additos seu appropriatos nostra ciuitas obtinebit. Hoc quoque excipimus, [quod nulli] fures, latrones, vherum impressores seu quique alii malefactores ad domos in predictis areis situatas fugientes ibidem debeant contra nostre ciui-

tatis iusticiam teneri, reseruari, protegi vel defendi. [Insu]per supradicti fratres de Hylda. in nostra ciuitate seu iurisdicione tam intra muros quam extra per se vel per suos quoscumque emendi et vendendi ad suos vsus et commodum tempore quolibet habebunt liberam facultatem. Preterea [infra] terminos Helmerikeshaghen molendinum quondam dictum Stenbickeresmole cum piscina sua, que fluxum suum siue meatum wlgo dictum stowenghe, quem nunc habere dinoscitur, non excedet, predictis fratribus de Hylda [ . . . . . ] recognoscimus, cessantes ab omni impeticione iuris et iudicii molendini memorati, quod in eo hactenus habere videbamus. Ceterum eisdem fratribus dimisimus ac bona voluntate contulimus sex iugera dicto molendino adiacentia [cum] omni iure et libertate, sicut ea hactenus possedimus sine qualibet vltiori dimensione perpetuis temporibus possidenda. Item viam a dicto molendino vsque Helmerikeshaghen tendentem curribus aptam dictis damus [fratri]bus perpetuo duraturam. Ipsi vero in reconpensam omnium predictorum a molendino ad partem orientalem ante nostram ciuitatem sito quieuerunt, ita videlicet, quod quicquid in eo iuris, proprietatis seu impetitionis habebant vel habere [poterunt], nobis voluntate bona et consensu vnanimi resignarunt. Nos etiam a piscina, que wlgo dicstowinghe dicitur, in Boltenhaghen et a fossato, quod descendit ab ipsa piscina vsque ad terminos nostre ciuitatis cessa[mus et bona] voluntate quieuimus, ita videlicet, quod quicquid iuris, libertatis, proprietatis aut impetitionis in ipsis habuimus, sepredictis fratribus libere resignamus, eorum relinquentes potestati, vt in dictis, piscina videlicet et fos[sato], infra suos terminos et proprietates edificandi, construendi vel queque sibi congrua faciendi et omnia infra suos terminos contenta, cessante impedimento quolibet, in vsus suos conuertendi, prout eorum voluntati placuerit, [libera]m habeant facultatem; per aggerem tamen iamdicte piscine a Stutingehof non erit generalis transitus curruum siue via. Quod si sepredicti fratres auertere seu prohibere non potuerint et nostrum forte super hoc adiutorium [peti]erint, nos ipsi transitui communi obstare tenebimur in nostris laboribus et expensis. Dicti vero [ratres] pro reconpensa nostre resignationis iamdicte nobis contulerunt et consensu vnanimi dimiserunt molendinum [iux]ta domum Sancti Spiritus nostre ciuitatis cum fossato eiusdem ciuitatis nostre terminos transeunte et hereditates [iuxta] idem molendinum sitas cum molendinis tam aquarum quam ventorum ante ciuitatem nostram ad partem occiden[tal]em situatis cum fundo et proprietate, in quibus dicti fratres nichil iuris aut proprietatis sibi ammodo [usurpare po]terunt. Sed nos in eisdem bonis et infra terminos nostre ciuitatis faciendi, edificandi pro [com]modo et vtilitate nostre communitatis liberam habebimus potestatem, occasione qua[libet . . . . . , dum]modo ea que de bonis Eylardi et de Rosendal in priuilegiis super hiis confectis continentur, [ple]nius obseruentur. Omnia igitur premissa nomine nostro siue successorum nostrorum quorumcunque [rata], firma, stabilia simul et inconwlsa manere volumus tempore sempiterno, renunciantes omni [exce]ptioni doli mali, fraudis et omni auxilio iuris canonici et ciuilis, quod nobis super lesione predictorum prodesse poterat et obesse ecclesie memorate. Ad hec omnia testes sunt honesti viri, quorum nomina sunt subscripta, scilicet Arnoldus de Griphenhaghen et Hinricus de Gorzlay, proconsules, Johannes Sachteleuent, Euerhardus de Kyl, Johannes Roggenbuk, Euerhardus Verwere [ . . . . ] frater Boltonis, Johannes Hofnaghel, Hinricus Starsowe, Hermannus Mulart, Hermannus Goldoghe et Lambertus de Leznizce, nostri burgenses et consules, cum nonnullis aliis de nostris [ci]uibibus nichilominus fide dignis. In quorum euidentis testimonium presens scriptum super premissis lucidius editum perpetuo duraturum sepredicto Hyldensi monasterio dedimus nostri sigilli robore [comm]unitum. Datum in Gripeswolt, anno domini M.CCC., in die beati Thome apostoli.

Das Siegel nebst Schnur nicht mehr vorhanden.

Kgl. Staats-Archiv zu Stettin: Das besonders am linken Rande stark beschädigte und mit Papier unterklebte Original s. r. Kl. Elbena Nr. 52<sup>a</sup>.

Phl, Gesch. des Kl. Elbena S. 622 (Regest).

1964.

1300.

Herzog Bogislaw IV. verleiht dem Kloster Elbena das Dorf Mallin im Lande Wusterhufen.

Zertoch Bugslafs breff, dar in he dem closter giffet Mallin anno MCCC.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Extract miner gnebigen zc. (1<sup>a</sup> Folio. 53) fol. 83.

Gedruckt bei Phl, Gesch. des Kl. Elbena S. 621.

1965.

1300.

Herzog Bogislaw IV. verleiht dem Kloster Elbena Antheil an Nonnendorp.

Zertoch Bugslafs bref auer Nunnendorp anno MCCC.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Extract miner gnebigen zc. (1<sup>a</sup> Folio. 53) fol. 87.

Gedruckt bei Phl, Gesch. des Kl. Elbena S. 621.

1966.

1300.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, und seine Söhne Wizlaw III. und Sambor verkaufen an Heinrich Bornholm, Bürger zu Stralsund, 15 Mark Rente aus dem Krüge zu Sagard für 150 Mark Pfennige.

Wizlaus, princeps etc. senior, et Wislaus et Zambur, filii sui, eadem gratia, vorkopen Hinrico Bornholm, ciui in Sundis, XV marcarum redditus in taberna Zagard terre Jasmunde pro centum et quinquaginta marc[i]s<sup>1)</sup> dena: vsualium monete sine omni seruitio spectante ad omagium, quod vulgariter mandenst dicitur.

<sup>1)</sup> marcas in der Handschrift.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Regest in Erasmus Hujens Verzeichniß der Urkunden des Klosters Bergen (Soepersche Bibliothek Mser. 214) fol. 2.

Fabricius III Regeste 477.

1967.

[Um 1300.]

Das Kapitel der Marienkirche zu Stettin verkauft an Ulrich, Notar des Herzogs Otto I. und Pfarrer zu Werben, 14 Mark Rente aus der Baukasse der Marienkirche für 112 Mark.

Hildebrandus dei gracia prepositus, Gotfridus decanus totumque capitulum ecclesie sancte Marie in Stetyn omnibus presens scriptum uisuris salutem in eo, qui est omnium vera salus.

De gestis hominum sepe solet grandis suboriri calumpnia, nisi lingua testium robur adhibeat aut scriptura. Eapropter sciant tam presentis etatis homines quam future, quod nos de uoto vnanimi et consensu, matura eciam et prouida deliberacione prehabita, ex parte structure ecclesie nostre, cuius consummacioni, prout decet et expedit, vigili et sollicita mente innitimur et intendimus, domino Olrico, notario domini nostri Ottonis, illustris ducis Slauorum et Casubie, ac plebano in Werben, vendidimus XIII marcarum redditus Stetynensis monete per nos et per illum, qui preest structure ecclesie nostre, de elemosinis ipsius structure in festo Pasche predicto domino Olrico in Stetyn annis singulis presentandos. Post mortem uero pre-nominati domini Ol. redditus prenotati ad structuram ecclesie nostre libere deuolu[n]tur.<sup>1)</sup> Pro redditibus autem predictis centum marcas et duodecim Stetinensium denariorum conuertendas in usus structure sepedicte nos fatemur et<sup>2)</sup> . . . . .

1) Im Copiar: deuoluatur. 2) Hier ist der Schluß der Seite.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Bruchstück in den Fragmenten eines Copiars der Marienkirche Nr. 38.

1968.

[Zwischen 1250 und 1300.]

Die Stadt Greifswald bittet den Rath zu Lübeck um sein Urtheil in verschiedenen Angelegenheiten.

Uiris prouidis et honestis dominis consulibus in Lubek consules et communitas burgen-sium in Gripeswalt honoris et fidelis seruicii, quantum possunt. Diem assignaueramus nuper Gherardo Rose et Timmoni in vestram equitandi ciuitatem; sed Gherardo Rose mandauimus et prohibuimus sub pena mansionis sue, ne equitaret, nisi prius super quibusdam articulis nobiscum concordaret, et hoc proxima VI feria; hoc facto parati essemus cum eo ulterius Lubek equitare, pro quo fideiussorem ab ipso exegimus, quem posuit. Ipsa autem sexta feria cum respondere debebat, sprete prohibitione nostra, vias suas equitauit, et vt audiuimus eum coram vobis comparuisse, quod satis moleste sustinuimus, postquam reversus est, ipsum coram aduocato in iure convenimus, convincentes eum pro tali excessu testimonio sufficienti. Et quis sit excessus, super tali nobis petimus remandari.<sup>1)</sup>

Item iam ad VI annos idem Gherardus Rosa debuisset dedisse theloneum nomine cuiusdam hospitis nec dedit; et ne obliuioni traderetur, thelonearius noster illum fecit in libro ciuitatis nostre notari, in quo alii articuli pro ciuitate notantur. Nuper stante Gherardo in consistorio nostro, coram nobis monitus est a nostro socio, nobiscum in consilio sedente, de ipso theloneo, de quo negauit; dicens ille: quia teneretur, respondit Gherardus: quia non verum diceret; alter: quia verum diceret. Liber legebatur et invento: quia Gherardus theloneum dare teneretur, hoc audito dixit; quia, secundum quod teneretur, libenter daret. Super quo Gherardum coram iudice culpauimus et conuicimus illum testimonio, quia negasset et postea fassus est. Et quis sit excessus huiusmodi, nobis petimus remandari.<sup>1)</sup>

Ceterum quidam nostrorum burgen-sium nuper in Marchiam equitauerat sub ducatu, remittens suum famulum et socium, qui cum argento in Dimin detentus est, nec potuit evadere illos, nisi sciretur, vnde esset et cuius esset argentum; venerunt amici illius impetrantes nostras litteras, respondimus: quia super tali non daremus litteras, ex quo de argento nobis constaret nichil. Et sic duo nostrorum burgen-sium coram nobis iurauerunt in reliquiis, quia eis constaret, quod illa bona, que haberet famulus detentus in Dimin, essent sui domini, nostri

burgensis, qui adhuc domi non venerat, preter VI marcas, que essent famuli. Sic, prout fuit, coram nobis protestatum, nostras in Dimin misimus litteras. Et postmodum, examinato argento, inventum est falsum. Supervenit noster burgensis dominus famuli detenti in Dimin, sed postquam argentum falsum esse intelligeret, affirmabat in reliquiis, argentum suum non esse, super quo alii iurauerant, suum esse. Et evasit dominus, famulus autem decollatus est; postmodum aduocatus et consules a parte ciuitatis convenerunt in iure testes de falso testimonio, super quo ciuitas litteras suas misisset. Et quis sit excessus illorum, similiter nobis petimus remandari. Hec omnia isto modo acta presentibus litteris protestamur.

Auf der Rückseite die Adresse: Dominis consulibus in Lubek.

1) Hier folgt mitten in der Zeile ein Paragraphenzeichen für den Absatz.

Original im Staats-Archiv zu Lübeck.

Gedruckt im Lüb. Urk.-Buch I S. 685 Nr. 758.

1969.

[1300—1302.]

Seghebodo, Bürger zu Lübeck, genannt von Crispin, verkauft an Walbemar, Herzog zu Jütland, eine von dem Fürsten von Rügen erworbene Rente von 12 Last Hafer aus Wittow.

Omnibus presens scriptum cernentibus Seghebodo, ciuis Lubicensis, dictus de Crispini, salutem in domino sempiternam. Constare volumus vniuersis, quod in terra Wittowe a nobili principe domino Witzlao de Rvgya, filiis suis consentientibus (!) Witz. et Zamboro, emi redditus videlicet duodecim lastas avene annuatim iuxta pontem Stralessund, mihi absque quolibet obstaculo presentandos, quos quidem redditus domino Wald. duci Jucie et suis veris heredibus vendidi cum omnibus iuribus suis, sicut ego habui, rite et rationabiliter, quibus litteram super hoc confectam presentaueram. In cuius rei euidenciam sigillum meum presentibus est appensum.

Siegelfragment an der aus dem Pergament geschnittenen Preßel anhängend.

Original im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt bei Fabricius IV 1. S. 25 Nr. 308; Lüb. Urk.-Buch II S. 263; Schleswig-Holst.-Lauenb. Urk.-Sammlung II (Abth. 3) S. 413 Nr. 329.

Wegen der Datirung vergl. Fabricius IV 1. S. 8.



# N a c h t r a g.

271a.

[Um 1230.]

Gottschalk, Abt zu Stolp, überträgt die Fährre über die Swine, welche er von der Herzogin Mirosława erhalten hatte, dem Dietrich zur Verwaltung gegen ein Drittel der Einkünfte.

G. dei gracia abbas Stolpensis uniuersis hanc paginam relecturis salutem et perpetue vite felicitatem. Euanescunt sub breuitate, que geruntur in tempore, nisi recipiant a voce testium aut scripture mediamine firmamentum. Innotescat igitur omnibus hoc scriptum examinantibus, quod ego traductum in Zwina nobis a domina terre Slauie Mirozlaua collatum cuidam viro Theoderico nuncupato commendauit eiusque usibus dignum duxi prenominati traductus emolumenti partem tertiam assignare, tali uidelicet sub exceptione, si tocius expense circa eundem locum habite tercię partis adhibuerit pensionem, ad hoc siquidem et nostre loco astrictus hominio teneatur, et si quid ei seruicii conuenienter et congrue iniunctum fuerit, ex hac parte nostre obtemperet iussioni. Sed ut huiusmodi institutio rata perseueret, eam volui litterarum notamine et sigilli testimonio roborare.

Die Urkunde gehört jedenfalls dem Abte Gottschalk von Stolp (1225—52) an und wird vor 1233 fallen, da Mirosława bei ihrer Abfassung noch gelebt haben wird. Andernfalls würde ein quondam oder bone memorie wohl nicht ausgelassen sein. Auch der einfache Vorname Theodericus ohne weiteren Zusatz weist eher auf diese frühere Zeit als auf das Ende des Jahrhunderts.

454a.

1247 Januar 14. (XIX<sup>o</sup> kal. Februarii) Guzstrowe.

Wilhelm, Bischof zu Camin, bestätigt die Gründung und Bewidmung der Pfarre zu Malchyn und deren Tochterkirche zu Basedow.

Willelhelmus dei gracia episcopus ecclesie Caminensis omnibus presentem intuentibus paginam salutem in domino Jhesu Christo. Quoniam ea, que statum cupiunt firmitatis adipisci, per scripturam maxime testimonia solidantur, hinc est quod ad noticiam vniuersorum pariter ac singulorum, tam futuri temporis, quam presentis, volumus deuenire, quod nos ecclesiam sancte Marie virginis et beati Johannis ewangeliste in Malchyn, dotatam tribus mansis iacentibus infra agros ad idem oppidum pertinentes et XIII<sup>o</sup> mansis uille Tessenowe adiacentibus, a parrochiis circumiacentibus distinguentes, uillam Muceliz ipsi pro limite assignamus; ecclesiam in uilla Basdowe, duobus mansis eidem uille adiacentibus dotatam et duobus mansis in uilla Lypin, cum uillis subscriptis filiam fecimus ecclesie supradicte, uillas easdem ipsi eciam pro limitibus assignantes. Hee autem sunt uille: Jacin, Lipyn, item Lipyn, Zawal, Gu-

tisdorp, Nycasiusdorp. Theodericus autem Luch ecclesie prefate in Basdowe redditus vnus mansi in eadem villa temporibus uite sue plebano contulit profuturos. Vt autem hec omnia rata ingiter et inconuulsa permaneant et a posteris illibata hanc cedulam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Huius autem rei testium hec nomina sunt subscripta: dominus prepositus Caminensis Conradus, Henricus scolasticus Caminensis, Reynerus decanus Guzstrowensis, Wasmodus canonicus Guzstrowensis, Vrowinus marscalcus miles, Arnoldus Rolle miles, Albertus de Calne et alii quam plures, tam clerici quam layci. Actum Malchyn, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XL<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, in die consecrationis eiusdem ecclesie. Datum Guzstrowe, XIX<sup>o</sup> kalendas Februarii, pontificatus nostri anno secundo, per manus Conradi capellani et notarii nostri.

Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin: Diplom. Doberan. Transsumt vom 11. Juli 1296.

Gedruckt v. Westphalen III S. 1489; Bich, Hahn, Urkunden I S. 35; Hasselbach-Kloegarten, Cod. Pom. dipl. I S. 761; Meßl. Urf.-Buch I S. 560 Nr. 589.

459 a.

1247 September 24. (VIII kalendas Octobris) Lugduni.

Papst Innocenz IV. beauftragt den Bischof zu Camin und die Geistlichkeit seiner Diöcese mit dem Schutze des Klosters Elbena.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, venerabili fratri . . . episcopo Caminensi et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelati per Caminensem ciuitatem et diocesim constituti salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus ecclesiasticis censura dissoluitur et canonicis sentencie seueritas eneruatur, ut viri religiosi et hii maxime, qui per sedis apostolice priuilegia maiori d[ignati] sunt libertate, grossas malefactorum sepius iniurias sustineant et rapinas, dum uix inuenitur, qui congrua illis protectione subueniat et pro fouenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii . . . abbas et conuentus monasterii de Hilda, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cottidiano defectu iustitie conquerentes, vniuersitatem uestram litteris petierunt apostolicis exortari, ut ita uidelicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent, et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque vniuersitati uestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus illos, qui possessiones uel res seu domos predictorum . . . . . detinuerint . . . . . pro predictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur seu in ipsos fratres uel ipsorum . . . . . excommunicationis aut interdicti nostri presumpserint promulgare uel decimas laborum de terris habitis ante concilium generale, ante quod susceperunt eiusdem ordinis instituta, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, seu nutrimentis animalium suorum, spretis apostolice sedis priuilegiis extorquere, monitione premissa, si laici fuerint, publice candelis accensis singuli uestrum in diocesis ecclesiis uestris excommunicationis sententia percellatis. Si uero clerici uel canonici regulares siue monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam, donec predictis fratribus plenarie satisfaciant et tam laici quam clerici seculares, qui pro uiolenta manuum iniectioe in fratres eosdem uel ipsorum aliquem anathematis uinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam

uenientes ab eodem uinculo mereantur absolui. Datum Lugduni, VIII kalendas Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Auf der Rückseite ein J als Recognition's-Bemerk.

Bulle nebst Schnur abgerissen.

Original (stark beschädigt) im Kgl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. M. Elbena Nr. 67.

Hgl. Gesch. des K. Elbena S. 663 zum Jahre 1357. Fehlt bei Notthaft, Reg. Pontificum.

Das Staats-Archiv zu Düsseldorf bewahrt eine Bulle des Papstes Innocenz IV. für das Leprosenhaus zu Stablo d. d. Lugduni, III kalendas Augusti, pontificatus anno quinto, welche gleichfalls den Recognition's-Bemerk J. s. trägt.

## 459 b.

1247 Oktober 14. (II idus Octobris) Lugduni.

Papst Innocenz IV. nimmt das Kloster Elbena gegen unberechtigte Zehntenforderungen in Schutz.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis et episcopis ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbyteris et aliis ecclesiarum prelati, ad quos littere iste peruenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Cum abbates Cisterciensis ordinis tempore generalis concilii congregati, ut occasione priuilegiorum suorum ecclesie ulterius minime grauarentur, ad commonitionem felicitis recordationis Innocentii pape predecessoris nostri statuerint, ut decetero fratres ipsius ordinis nisi pro monasteriis de nouo fundandis possessiones non emant, de quibus decime debentur ecclesiis, et si pro monasteriis de nouo fundandis tales possessiones pia fidelium deuotione collate eis fuerint aut empte, committantur aliis excolende, a quibus ecclesiis decime persoluantur. Dicitur predecessor noster statutum huiusmodi gratum habens et ratum decreuit, ut dicti fratres de alienis terris et ab eo tempore acquirendis, etiam si eas propriis manibus aut sumptibus excolant, decimas persoluant ecclesiis, quibus ratione prediorum antea soluebantur, nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxerint componendum, quod et ad alios regulares, qui similibus gaudent priuilegiis, extendi uoluit et mandauit, ut ecclesiarum prelati promptiores et efficaciores existerent ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitie complementum eorumque priuilegia diligentius et perfectius obseruarent. Sed quod dolentes referimus, in contrarium res est uersa, quia sicut ex graui querela dilectorum filiorum . . . abbatis et conuentus de Hylda, Cisterciensis ordinis, Caminensis diocesis, frequenter audiuimus [nonnulli<sup>1</sup>) ecclesiarum prelati et alii clerici eorum priuilegia temere contempnentes et contententes malitiose ipsorum peruertere intellectum, eosdem multipliciter inquietant. Nam cum sit ipsis indultum, ut de noualibus, que propriis manibus aut sumptibus excolunt, siue de ortis, uirgultis et piscationibus suis uel de suorum animalium nutrimentis nullus [clericis<sup>1</sup>) decimas exigere uel extorquere presumat, quidam peruerso intellectu conficto dicentes, quod hec non possunt nec debent intelligi, nisi de hiis, que sunt ante generale [conci]lium<sup>1</sup>) [acqui]sita<sup>1</sup>) ipsos super hiis multiplici uexatione fatigant. Nos igitur eorum quieti paterna sollicitudine prouidere uolentes, uniuersitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus dictos fratres a prestatione decimarum, tam de possessionibus habitis ante concilium memoratum, ante quod susceperunt eiusdem ordinis instituta, quam de noualibus siue ante siue post idem concilium acquisitis, que propriis manibus aut sumptibus excolunt, de quibus noualibus aliquis h[actenu]s<sup>1</sup>) non percepit, necnon de ortis, uirgultis, piscationibus suis et de suorum animalium nutrimentis singuli uestrum

omnino seruetis immunes, contradictores per [censuram ec]clesiasticam<sup>1)</sup>, appellatione postposita compecendo. Datum Lugduni, II idus Octobris, pontificatus nostri anno quinto.

Auf dem umgeschlagenen unteren Rande in der linken Ecke der Vermerk: ant, auf der Rückseite: Ego Conradus.

<sup>1)</sup> Das Pergament abgeblättert.

Bulle nebst Schnur abgerissen.

Rgl. Staats-Archiv zu Stettin: Original s. r. Allgem. geistl. Urk. Nr. 42.

## 632 a.

1256 Juli 4. (4. non. Julii).

Papst Alexander IV. bestätigt einen Vergleich des Bischofs Rudolph zu Schwerin mit dem Kloster Eldena bei Greifswald.

Des pabsts Alexandri confirmatio eines vertrages zwischen dem bischoffe zu Zwerin vnd abt vnd conuent zu Hilda. 4. non. Julii, pontif. anno secundo.

Nach Clandrian, Protoc. fol. 214<sup>a</sup> im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin.

Gedruckt im Meßl. Urk.-Buch II S. 83 Nr. 774; vergl. Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 592 (Regest); Baltische Studien Bd. XXXV S. 233.

## 632 b.

1256.

Abt Christian von Eldena tritt dem Bischof Rudolf zu Schwerin zur Abfindung seiner Ansprüche auf die Zehnten der Eldenaer Klostergüter im Lande Grifstow die Hälfte der Einnahmen aus dem Salzwerke bei Greifswald ab.

Christianus dei gracia abbas et conuentus de Hilda vniuersis Christi fidelibus hanc literam inspecturis salutem in uero salutari. Cum inter uenerabilem dominum nostrum Suerinensem episcopum ex una parte et nos ex altera super decimis possessionum nostrarum, quas in terra G[rizst]owe<sup>1)</sup> habemus, diutius fuisset altercatum, cum nos a litibus cessare debeamus, eidem episcopo et ecclesie sue pro decimis, quas in uillis et agris nostris petebat, pro bono pacis omnem medietatem census nostri cum omni iure, iudicio et omni utilitate, que nunc est uel in futurum esse poterit in salina prope Gripeswald, in usum et proprietatem perpetuo dedimus. Vt autem hec solennis ordinatio inter eundem dominum episcopum et nos habita stabilis et inconuulsa permaneant, literam presentem appensione nostri sigilli et testium inscriptione fecimus communiri. Testes autem sunt dominus Engelbertus de Cobandin canonicus Suerinensis, Nicolaus et Henricus canonici Butzowenses, dominus Johannes Cabolt, dominus Cotemer et dominus Albero, milites, Hartwicus de Tribesees et Rotgerus Zwertz et alii quam plures tam clerici quam laici. Datum Butzowe anno domini M.CC.LVI.

<sup>1)</sup> Das Diplomatarium Suerinense schreibt Guizscowe, bezgl. Clandrian. Die Abschriften aber haben richtig Gritzstowe.

Nach dem Diplom. B. eccl. Suerin. fol. 18<sup>b</sup> und drei anderen Abschriften im Großherzogl. Meßl. Haupt-Archiv zu Schwerin (aus dem 16. Jahrh.); Clandrian, Protoc. fol. 214<sup>a</sup>.

Gedruckt im Meßl. Urk.-Buch II S. 83 Nr. 773; vergl. Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 592 (Regest); Baltische Studien Bd. XXXV S. 232.

632 c.

1256.

Rudolf, Bischof zu Schwerin, schließt mit dem Kloster Eldena einen Vertrag wegen des Zehnten von den Klostergütern im Lande Grifstow.

Bischof Rodolfs van Schwerin breff auer den tegeden im lande Grifstowe anno MCCLVI.

Bibl. der Ges. für Pomn. Gesch.: Klemptens Regesten 2c. fol. 101 v.

Gedruckt in den Baltischen Studien Bd. XXXV S. 233.

Pol. Gesch. des Kl. Eldena, bezieht die Klemptensche Regeste auf die Urkunde des Kl. Eldena, jedoch meint Klempten wohl die vom Bischof Rudolf ausgestellte Gegen-Urkunde.

640 a.

1257 Juli 26. (VII kalendas Augusti) Succaw.

Swantopolk, Herzog zu Pommerellen, Danzig und Belgard, verleiht dem Kloster Zuckau das Dorf Rembożewo.

presentibus tribus sororibus nostris et conventu toto dicte ecclesie et preposito Simone, priori (!) Conrado, custode Liberto, militibus meis comite Petro venatore, comite Sulimir<sup>1)</sup> dapifero de Slupe, Golslao succamerario de Slaum, subdapifero Srecza de Slaum, comite Gestomico. Datum anno gratie domini M.CC.LVII, VII kalendas Augusti. Acta sunt hec in capitulo ipsius ecclesie de Succaw.

<sup>1)</sup> In der Vorlage statt comite Sulimir: Cosulimir, vorher consilium ausgestrichen.

Pol. Staats-Archiv zu Königsberg: Zuckauer Copiar (A 102) p. 10 Nr. 12.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urf.-Buch S. 141 Nr. 167.

640 b.

Unecht.

1257 Juli 29. (quarto kalendas Augusti) in Belgart.

Swantopolk, Herzog zu Pommerellen, verleiht dem Kloster Sarnowiz das Dorf Wierschützje frei von allen Lasten.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego Swantopoleus dei gracia dux Pomoranie omnibus Christi fidelibus presencia visuris salutem in perpetuum. Quoniam indesinenter contra bonitatem pugnat malicia et emulacio adversarii per callida fraudis sue commenta sancte conversacionis insequitur studia, iustum est pie viventibus principum adesse presidia, ne cuiuslibet temeritatis incursus a proposito eos revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Hinc est, quod scire cupimus presentes et posteros universos, quod nos contulimus domino abbati de Oliua et conventui monialium in Sarnowiz, Cisterciensis ordinis, villam, que dicitur Wircozino, ultra stagnum predictarum monialium, quod Pesniza dicitur, sitam, pro anime patris mei remedio et uxoris mee ac liberorum nostrorum cum consensu fratris nostri Raciborii et filiorum nostrorum Mistwin et Warzlai cum omnibus vtilitatibus suis, que nunc sunt vel in posterum haberi poterunt sub terra vel super terram, in aurifodinis, argenti-

fodinis, ferrifodinis, plumbicidinis sive salinis, si in prefata hereditate reperta fuerint, cum agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis, molendinis, piscacionibus, tabernis, quibuslibet venacionibus, mellificiis, cum omni prorsus proprietate ac iuris integritate, iudicio videlicet maiori et minori, inuis et semitis, nec ullus iudicum nostrorum eis aut hominibus eorum molestus sit in ullo negocio, set liberi sint ab omni exaccione, que nunc est vel suboriri poterit in futurum. Insuper addimus eis liberam potestatem in salso mari piscandi rumbos, esoces vel alios quoscumque pisces quibuslibet retibus vel instrumentis, staciones eciam, que sunt vel haberi poterunt in terminis ipsorum, a Lippowa videlicet usque in Sosnamgoram, cum omni iure et proventus allecis de navibus in eisdem stacionibus allec capientibus ac eciam alias quascumque utilitates sive lapidum seu aliarum quarumcumque rerum, que per appulsionem ventorum in predictis terminis provenerint, sepredictis monialibus libertate perpetua conferimus et donamus. Insuper hominibus eorum quoslibet pisces capiendi infra terminos prescriptos, sicut ipsis complacuerit, liberam concedimus facultatem, alias vero extra terminos ipsorum iuxta consuetudinem communis terre piscabuntur. Preterea ut prefata domus Sarnowiz specialis privilegio (!) gaudeat libertatis, omnes colonos et servitores, res et naves ipsarum in omni dominio nostro a solutione thelonei decernimus fore exemptos. Ut ergo hec rata et inconvulsa predictis monialibus in Sarnowiz perpetuo permaneant, sigilli nostri appensione cum testium subscripcione presentem paginam roboramus. Testes sunt Mistwin et Warzlaus filii nostri, dominus Simon, Andreas et Wocech sacerdotes, Razlaus palatinus, Michael subcamerarius, Nicolaus subdapifer et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Belgart anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LVII<sup>o</sup>, quarto kalendas Augusti.

Das Siegel von den gelb- und rothseidenen Fäden abgefallen.

Rgl. Staats-Archiv zu Königsberg: Original s. r. Sarnowitz Nr. 1; Transsumt des Danziger Offizials Nikolaus Swichtenberg d. d. 1507 Januar 18 ebendas.; Abschrift im Folianten A 101 p. 56 Nr. 13 ebendas.; Abschrift eines Transsumtes von König Sigismund I. d. d. 1526 Juli 17 in der Metrica regni p. 98 Nr. 42 zu Warchau.

Gedruckt bei Dreger, Cod. Pom. dipl. I S. 397 Nr. 288; Cod. dipl. Poloniae II, 2, S. 605 Nr. 447; Verbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 141 Nr. 168.

Wegen der Unechtheit vergl. Verbach a. a. D.

## 642 a.

1257 September 14. (XVIII. kalendas Octobris).

Hermann, Bischof zu Camin, weiht die Kirche zu Zietzen bei Anklam ein, und weiht ihr als Tochterkirche die zu Rubkow und Gr. Bünsow, sowie als Dotation die Dörfer Zietzen, Grecholin (Gargelin?), Menglin, Conzages, Salchow, Ramizow, Voytsin (Daugzin?) Klitschendorf, Murchin, Gnewentin und Melzow zu.

Hermannus, dei gratia Caminensis ecclesiae episcopus, universis hanc litteram inspecturis salutem in domino Jesu Christo. Universitati vestrae cupimus esse notum, quod nos ecclesiam Citensem dedicare curavimus ad honorem beatae virginis dei genitricis Mariae, decimas et alias possessiones atque omnia jura ipsius ecclesiae nostrae auctoritatis privilegio confirmantes. Ecclesiam Robechowe et ecclesiam Bunessowe ad ipsam ecclesiam Citensem filiali subjectione annexas decernimus permanere. Hae sunt villae ad Citensem ecclesiam assignatae, quarum nomina subsecuntur: praedicta villa Citen, Grecholin, Mantselin, Cosauits, Selechowe, Ramesowe, Voytsin, Clitsekindorp, Morchin, Gnewentin, Reletsowe. Quod si etiam aliqua nova

ecclesia in terminis praedictarum villarum constructa fuerit in futuro, ad supra dictam Citemsem debet ecclesiam pertinere. Ut igitur haec nostra ordinatio et confirmatio rata et inconculsa jugiter perseveret, eam praesenti scripto et sigilli nostri munimine duximus confirmandam. Testes sunt hii: Gunterus abbas Stolpensis, Theodericus<sup>1)</sup> plebanus in Gutsechowe, Gerhardus plebanus in Thanchlim, Rodolfus Munt<sup>2)</sup>, Tammo, Johannes Troje, milites, et alii quam plures. Actum anno domini M.CC.LVII, pontificatus nostri anno tertio. Datum in Citem, XVIII. kalendas Octobris.

<sup>1)</sup> Nr. 642 hat nach der Caminer Matrikel hier gedruckt Thomas während das Original-Transsumt nur Th. hat. Der Ort Gutsechowe, oder wie in Nr. 642 Gossechowe, war nicht zu ermitteln, wenn nicht etwa Gütsew sich unter diesen Formen versteckt. <sup>2)</sup> Schöttgen druckt irrtümlich Munt.

Gedruckt bei Schöttgen, Altes und Neues Pommerland S. 388; Stavenhagen, Chronolog. Beschreibung der Stadt Anklam S. 399 Nr. 70; Baltische Studien Bb. XXXV S. 234.

Nur aus diesen Drucken ist obige Urkunde bekannt und ist deshalb übersehen worden, weil sie für identisch mit Nr. 642 des Urkundenbuches gehalten wurde. Erst später ist sie als die eigentliche Einweihungs-Urkunde der Kirche zu Bietzen erkannt worden.

## 651a.

1258 Februar 19. (XI kalendas Marcij) Viterbii.

Papst Alexander IV. beauftragt den Probst zu Habelberg mit dem Schutze der Güter des Klosters Neuenkamp.

Alexander episcopus servus servorum dei dilecto filio . . preposito ecclesie Habelbergensis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectorum filiorum . . abbatis et conventus monasterii Nouicampi, Cisterciensis ordinis, Zuerinensis diocesis, precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus ea, que de bonis eiusdem monasterii alienata inueneris illicite uel distracta, ad ius et proprietatem ipsius monasterii studeas legitime reuocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Viterbii, XI kalendas Marcij, pontificatus nostri anno quarto.

Auf der Rückseite in rother Farbe die Aufschrift: De preposito Habelbergensi, indice nostro.

Bulle nebst Schnur fehlt.

Original im Kgl. Staats-Archiv zu Stettin s. r. Nl. Neuenkamp Nr. 187. Fehlt bei Potthast, Reg. Pontif.

Gedruckt in den Baltischen Studien Bb. XXXV S. 235.

Obige päpstliche Bulle trägt in der Handschrift des 17. Jahrh. auf dem unteren Rande die Nr. 752 und die Jahrzahl 1496 und war daher, als von Papst Alexander VI. ausgestellt, registirt und in den Repertorien des Kgl. Staats-Archivs geführt worden. Die durch Jahrhunderte sich gleichbleibende Schrift der päpstlichen Bullen macht einen solchen Irrthum wohl erklärlich. Bei einer neuerdings vorgenommenen Registrirung ergab sich jedoch, daß die Bulle dem Papste Alexander VI. nicht zustehen konnte, da in diesem Falle das Jahr 1496 mit millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto bezeichnet worden wäre. In Nr. 651 des Urkundenbuches ist dagegen eine Urkunde des Papstes Alexander IV. d. d. XII kalendas Marcii pontificatus anno quarto für das Kloster Neuenkamp abgedruckt, sie ist gleichfalls zu Viterbo ausgestellt und weist somit durch Ausstellungs-Ort und Datirung auch für die Nr. 651<sup>a</sup> Pontificats-Jahr Alexanders IV., also 1258, hin.

655 a.

Urecht.

1258 Juli 26. (VII kalendas Augusti) in Succouia.

Swantopolk, Herzog zu Pommerellen, verleiht dem Kloster Zuckau die Dörfer Kembošzewo, Scoci-  
cino, Smentau und Mehſau mit Zugehör.

-----  
Datum in Succouia, anno domini M.CC. quinquagesimo VIII, VII kalendas Augusti, presentibus  
tribus sororibus nostris et preposito Simone, priore Conrado et presentibus militibus meis co-  
mite Petro venatore, comite Sulimir dapifero de Slupe, Goslao de Slauin dapifero. — —  
— — — — — Acta sunt hec in capitulo ipsius ecclesie.

Stadt-Archiv zu Danzig: Abschrift im Zuckauer Copiar p. 7<sup>b</sup>.

Gedruckt bei Girſch, Pommerell. Studien 50 Beilage III<sup>a</sup>; Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 150 Nr. 174.

668 a.

1259. in Suow.

Swantopolk, Herzog zu Pommerellen, verleiht mit Zustimmung seines Bruders Ratibor und seiner  
Söhne Meſtwin und Wartislaw dem Kl. Zuckau die Dörfer Kembošzewo und Voincino.

-----  
Datum in claustro in Suow, anno domini M.CC.<sup>o</sup>LX<sup>o</sup> presentibus tribus sororibus meis totoque  
conventu eiusdem claustri. Testes autem isti sunt: comes Petrus venator, Sulimir dapifer de  
Slupez, Goslaus <sup>1)</sup> subcamerarius Slupensis <sup>2)</sup>, subdapifer Srecza de Slauna, comite Cestomiro etc.

<sup>1)</sup> Gozlaus fehlt. <sup>2)</sup> Slupensit.

Rgl. Staats-Archiv zu Königsberg: Abschrift im Zuckauer Copiar A 102 p. 7 Nr. 6 mit dem Jahr M.CC.<sup>o</sup>LX<sup>o</sup>;  
Stadt-Archiv zu Danzig: Abschrift im Zuckauer Copiar p. 8<sup>a</sup> mit obigem Jahr, das auch Perlbach annimmt.

Gedruckt bei Girſch, Pommerell. Studien S. 50 Beilage III<sup>b</sup>; Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 152 Nr. 177.

678 a.

1260 März 25. (octavo kalendas Aprilis) Stettin.

Herzog Barnim I. schenkt dem Heinrich Barſot, Schulze zu Stettin, den Ort Schwartelanck.

Barnim dei gratia dux Sclanorum omnibus in perpetuum. Quae geruntur in tempore, ne  
simul cum tempore labantur, necessarium est ut scriptis et dictis testium <sup>1)</sup> adeo perhennentur,  
ne in posterum a quoquam valeant aliquatinus comminui vel infringi. Hinc est quod notum  
esse cupimus tam praesentibus quam futuris, quod nos dilecto ac fideli nostro Heinricho dicto  
Baruot, ciuitatis nostrae Stettin praefecto, et pueris ipsius tam filiis quam filiabus legitime ab  
ipso descendentes contulimus locum seu campum, qui Schwartelanck vulgariter dicitur, vsque  
ad paludem, qui Middelbruch nuncupatur, vsque ad finem stagni, quod Duwentog [dicitur] <sup>2)</sup>,  
descendendo vsque ad locum, qui Beseritz dicitur, a loco vero Beseritz ascendendo vsque ad  
pratam cum terminis suis ac hiis, quae infra ipsos terminos continentur, cum pratis et in-  
sulis et cum omni jure temporali et vtilitate, quae in eisdem bonis et suis terminis nunc sunt



vel nominari, haberi vel acquiri contigerit in futuro, ab omni exactione, scotatione, petitione, p[r]e[c]aria<sup>1)</sup> et absque omni seruitio perpetuo liberas et immunes in verum feudum et legale. Vt autem haec nostra collatio ad dictum nostrum fidelem facta firma et inconvulsa perpetuis temporibus perseueret, praesens scriptum inde confectum cum sigilli nostri appensione sepedicto duximus largiendum. Testes huius rei sunt fideles nostri, quorum hic nomina per ordinem subsequuntur: Godeco de Zmogerowe, Johannes de Brusewitz, Rodolphus de Cedelin, Roderus de Rabekelsdorp, Conradus dictus de Massow, Heidenricus dictus de Clossowe, milites, et alii quam plures fidedigni. Datum Stettin incarnationis domini 1260, octauo calendas Aprilis.

Unter der Abschrift steht: Collationatum cum originali.

1) In der Abschrift testimonium. 2) Fehlt in der Abschrift. 3) Die Abschrift liest petaria.

Abschrift des 16. Jahrhunderts im Stadt-Archiv zu Stettin s. r. Tit. I Sect. I Nr. 2 fol. 201, welches Urkundenstück erst nach dem Druck der ersten Abtheilung von Bd. II des Pomm. Urk.-Buches im Kgl. Staats-Archiv deponirt wurde.

Gedruckt in den Baltischen Studien Bd. XXXV S. 237.

Das Feld Swartelanke bei Bergland, vielleicht das heutige Amalienhof, welches noch jetzt zuweilen Lande genannt wird, wurde 1317 durch Herzog Otto I. an Conrad Barfot, Schultheißen zu Stettin, übertragen, war aber im Jahre 1327 bereits im Besitze des Bernhard Schele, Schultheißen zu Stettin, an den mithin im Jahre 1321 nicht nur die Schultheißenwürde von den Barfot, sondern auch ein Theil ihrer Besitzungen übergegangen zu sein scheint. Er verzichtete 1327 auf die ihm zustehende Hälfte von Schwartelanke zu Gunsten des Rudolf Scherf, Bürgers zu Stettin. 1333 gelangte die Stadt Stettin in den Besitz des Dorfes, der ihr im Jahre 1373 durch die Herzoge Swantibor und Bogislaw bestätigt wurde.

## 694a.

[Um 1260.]

Swantopolk, Herzog zu Pommerellen, bestätigt und transsumirt dem Kloster Zuckau die Schenkung seines Vaters Westwin vom 24. April 1209 und erweitert dieselbe durch Hinzufügung aller dem Kloster bis dahin verliehenen Besitzungen.

Actum et datum in Stolpa anno domini M.CC.IX., VIII Kalendas May, presentibus hiis testibus: nostris militibus comite Petro venatore, Svlimiro dapifero, Cestomiro subdapifero, Gosslo subcamerario, Zrecone et aliis quam pluribus fidedignis.

Das Siegel von den grünen Seidenfäden abgefallen.

Kgl. Staats-Archiv zu Breslau: Original s. r. St. Vinzenz Nr. 11; Kgl. Staats-Archiv zu Königsberg: Abschrift s. r. Schubl. 48 Nr. 3; Abschrift ebendaf. im Zuckauer Copiar (A 102) p. 26 Nr. 39; Stadt-Archiv zu Danzig: Zuckauer Copiar fol. 1<sup>a</sup>.

Gedruckt: Preuß. Lieferung I S. 348; Hasselbach-Rossegarten, Cod. dipl. Pom. I S. 214 Nr. 90 und S. 399 Nr. 175; Perlbach, Pommerell. Urk.-Buch S. 158 Nr. 186.

Wegen der Datirung vergl. Perlbach a. a. D.

## 726 a.

1262. (?)

Bürgermeister und Rath zu Stettin bestätigen die Zunftrolle der Schuhmacher daselbst.

Wir haben hier das obige Regest aufgenommen, glauben jedoch, daß in der Datirung ein Fehler unterlaufen sein muß und vielleicht das Jahr 1362 anzunehmen ist. Die Zunftrolle ist nämlich nur in

einer niederdeutschen Fassung mit dem Jahre 1262 in einem Transsumt vom 1. Juli 1535 erhalten.<sup>1)</sup> Von einer niederdeutschen Urkunde aus dem Jahre 1262 kann natürlich keine Rede sein und falls wir letzteres Jahr retten wollen, bleibt nur die Annahme übrig, daß, wie häufiger geschehen, man für das Transsumt die ursprüngliche lateinische Vorlage in deutscher Uebersetzung gegeben hat. Aber dann hielt man sich immerhin an den Wortlaut der Vorlage, und wurde auch frei übersezt, so brachte man doch nicht ganz neue, für die Zeit des angeblichen Originals gar nicht passende Begriffe hinein. Die Urkunde ist ausgestellt von „Burgermeistere und Rathmanne der Stadt Olden Stettin“. Wie aber Dr. Blümcke in den Baltischen Studien Bd. 34 S. 93 bemerkt, finden sich zum ersten Male im Jahre 1384 in einer Urkunde Herzog Wartislaw VII. an der Spitze der Rathmannen zu Stettin Bürgermeister. Sodann werden für gewisse Vergehen Strafen von zwölf Groschen und von fünf Gulden festgesetzt, Münzsorten, die ebenfalls einer späteren Zeit angehörten.

Das Gesagte wird genügen, um klar zu machen, daß ein späteres Jahr als 1262 für Ertheilung der Schuhmacher-Rolle durch den Rath zu Stettin anzunehmen ist.

<sup>1)</sup> Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Deponirte Akten des städtischen Archivs zu Stettin s. r. Tit. VIII Specialia. Von Schustern Nr. 4.

Baltische Studien Bd. XXXV S. 239.

Vgl. Blümcke, in den Baltischen Studien Bd. 34 S. 105.

## 755 a.

1264 Juni 10. (feria tertia in festo Penthecostes) in Dymyn.

Herzog Barnim I. transsumirt die Urkunde Herzog Wartislaw III. vom Jahre 1249, betreffend Bestätigung der Güter des Klosters Reinfeld.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Barnym dei gracia dux Slauorum vniuersis hoc scriptum inspecturis salutem in omnium saluatore. Litteras domini Wartizlauri, pie memorie, ducis quondam Dymynensis, cognati nostri, super bona fratrum de Reyneulde, Cisterciensis ordinis, in Monnekehusen recepimus sub hac forma:

Folgt Urkunde Herzog Wartislaw III. d. d. 1249 (Pomm. Urk.-Buch I S. 376 Nr. 483, bis Terminos vero villarum [et cetera que sequuntur]<sup>1)</sup>. Nos vero pro remissione nostrorum pecaminum eternique regis misericordia consequenda ea, que in presenti continentur pagina, necnon omnia alia, que in serie suorum priuilegiorum super hiis confectorum protestari poterunt, confirmamus, volentes rata et inconvulsa perhenniter obseruare. In cuius rei firmamentum presentem paginam conscribi fecimus et nostri sigilli appensione communiri. Huius eciam donacionis testes sunt dominus Conradus de Wardyn prepositus in Stetin, dominus Andreas plebanus in Dymyn, Rodolphus Nyenkerken, Johannes de Leuenowe, Johannes Vos, Barnardus (!) Mel, Johannes de Heytbrake, Henricus Vrsus, Gherardus Bunyngus, Johannes de Pentse, milites, et alii quam plures, quorum hic non sunt nomina subnotata. Acta sunt hec publice in Dymyn anno domini MCCLXIII. Datum ibidem feria tertia in festo Penthecostes per manum Johannis de [Parc]him<sup>2)</sup> notarii nostri.

Unter der Abschrift die Beglaubigung: Collacionatum est presens copia per me Christianum Ganth, clericum Verdensis diocesis publicum imperiali auctoritate notarium et concordat cum suo originali de verbo ad verbum, quod fateor manu mea propria.

<sup>1)</sup> Das Eingeklammerte statt des Schlusses der Urkunde. <sup>2)</sup> In der Abschrift Rohim.

Vgl. Staats-Archiv zu Stettin: Beglaubigte Abschrift des 16. Jahrhunderts im v. Bohlerschen Nachlaß Mscr. 44.

Gedruckt in den Baltischen Studien Bd. XXXV S. 240.

929 a.

1270.

Wizlaw II., Fürst zu Rügen, bestätigt, daß mehrere Greifswalder Bürger ihr Recht am Leister See<sup>1)</sup> dem Kloster Eldena wieder abgetreten haben.

*J. Wislafs breff, darin erlife borger vum Greifswolde dem abte wedder afgetreden hebben den Letzer sehe<sup>1)</sup> anno MCCLXX.*

<sup>1)</sup> oder Rooser See, südlich von der Insel Roes; hängt mit dem Greifswalder Bodden zusammen.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klemphens Regesten 2c. fol. 83.

Gedruckt bei Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 598; Baltische Studien Bb. XXXV S. 243.

947 a.

1271.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Eldena den Besitz des Dorfes Kemnitz.

*Herzoch Barnims breff vp Kemnitz anno MCCLXXI.*

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klemphens Regesten 2c. fol. 87v.

Gedruckt bei Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 599; Baltische Studien Bb. XXXV S. 243.

947 b.

1271.

Herzog Barnim I. bestätigt dem Kloster Eldena den Besitz von sechs Hufen zu Dietrichshagen.

*Herzoch Barnims confirmatio vp VI hounen thom Diderichshagen anno MCCLXXI.*

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klemphens Regesten 2c. fol. 88.

Gedruckt bei Pyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 599; Baltische Studien Bb. XXXV S. 243.

983.

1274 im Januar. (mense Januarii) in Camin.

Hermann, Bischof zu Camin, überträgt dem Grafen Otto von Eberstein Burg und Stadt Raugard mit 700 Hufen zu Lehen.

Hermannus, dei gratia Caminensis ecclesie<sup>1)</sup> episcopus, omnibus in perpetuum. Cum ea, que fiunt in tempore, simul cum tempore transeant et labantur, expedit vt acta presentium scripturę testimonio ad notitiam futurorum perueniant, his (!) posteris omnis dubietatis scrupulus et materia malignandi precludatur.<sup>2)</sup> Nouerint igitur tam presentes<sup>3)</sup> quam futuri, quod nos de vnanimi<sup>4)</sup> voluntate<sup>5)</sup> et consensu capituli ecclesie nostre<sup>6)</sup> concedimus nobili viro<sup>7)</sup> Ottoni comiti de Euerstein<sup>8)</sup>, auunculo nostro dilecto, ac suis heredibus<sup>9)</sup> castrum et oppidum Nowgard<sup>10)</sup> cum septingentis mansis ad ea pertinentibus iure feudali perpetuis temporibus quiete ac pacifice possidendum. In cuius<sup>11)</sup>

rei testimonium presentes<sup>3)</sup> literas tam nostri quam etiam nostre<sup>6)</sup> ecclesiae capituli sigillorum munimine fecimus roborari<sup>12)</sup>. Datum in<sup>13)</sup> Camin anno domini 1274<sup>14)</sup> mense Januarii.

Varianten des Drucks im Pomm. Urf.-Buch II S. 285 Nr. 983: 1) ecclesiae. 2) Das gesperrt Gedruckte fehlt. 3) praesentes. 4) unanimi. 5) uoluntate. 6) nostrae. 7) uiro. 8) Ebersten. 9) heredibus. 10) Neugard. 11) eujus. 12) roborari praecepimus. 13) Fehlt. 14) M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXIII.

Gedruckt in den Baltischen Studien Bd. XXXV S. 244.

Die vidimirte Copie, welche sich nach einem Vermerk des verstorbenen Archivars Dr. Kraß in den Ebersteinschen Lehn-Akten befinden sollte, war in denselben vor dem Druck von Bd. II Abth. 1 des Pomm. Urf.-Buches nicht zu ermitteln. Nunmehr ist sie im Kgl. Staats-Archiv an anderer Stelle zum Vorschein gekommen, und zwar unter den Akten des Stargarder Hofgerichts (jetzt Stett. Arch.: P. 1 T. 45 Nr. 47 II b Vol. 9).

## 1023 a.

1275.

Conrad, Graf zu Gützkow, bezeugt, daß die beiden Ritter Harnid Behr dem Kloster Eldena zwei Hufen zu Dietrichshagen überlassen haben.

Graff Conrads bekenntnisse, dat Herwich<sup>1)</sup> beide de Behren dem closter hebben tho ewigen tiden auergeuen II. houen thom Diderickshagen anno MCCLXXV.

1) Schreibfehler für Harnid.

Bibl. der Ges. für Pomm. Gesch.: Klemptens Regesten zc. fol. 83 v.

Gedruckt bei Hyl, Gesch. des Kl. Eldena S. 601; Baltische Studien Bd. XXXV S. 245.

## 1023 b.

1275.

Herzog Mestwin von Pommerellen verleiht der Kirche St. Johannis des Täufers zu Sworinagag das Wehr Nechor, den Ort Iwerined und das Dorf Damerau.

-----  
Datum anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXV presentibus domino Hermanno archidiacono, Swece castelano de Slupsc, Vittone palatino, Pomorce dapifero, fratre Matheo et priore, fratre Woian de Gdarnk (!) cum sociis eorum et aliis nostre curie viris probis.

Siegel an weiß-rothen Seidenfäden anhängend.

Kgl. Staats-Archiv zu Königsberg: Original s. r. Schubl. LV Nr. 38.

Gedruckt bei Perlbach, Pommerell. Urf.-Buch S. 230 Nr. 273 (f. daselbst).

## 1068 a.

1277 Juli 6. (pridie nonas Julii) Colberch.

Hermann, Bischof zu Camin, gründet in der Altstadt Colberg ein Nonnenkloster und giebt demselben das Recht, sich selbst mit Zustimmung des Probstes von Rühn, woher die Colberger Nonnen entnommen, und der Colberger Domherren einen Probst zu wählen.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Hermannus, dei gracia Caminensis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum. Quoniam generacio preteri tet aduenit nichilque in humana

